munis oi habēti naturaȝ humanaȝ maioꝛ pȝ. quia finis ad quē aliq̄ natura declinaṫ debet eē cōis oibus habētibus illā naturā nisi sit in paucioribus. ⁊ minoꝛ patȝ. quia si felicitas po natur eē a cā humana poterit eē cōmunis om ni hoi. qꝛ sic per studiū ⁊ disciplinam poterit q̄ libet homo nō orbat⁹ puenire ad felicitatem. Eustratius dicit hic ꝙ nulli habēti intellectū ⁊ sensum ad virtutē volenti: ⁊ ut oȝ studenti ē impossibilis possessio boni. s. felicitatis.

Si autem ē ita melius q̄ ꝓpter fortunam beari: ⁊ rōnabile habere sic. Si quidē q̄ fm naturā vt possibile optime hēre sic nata sunt: similiter aūt ⁊ q̄ fm artē ⁊ oēm cām ⁊ maxie fm optimā. Maximū autem ⁊ optimum concedere fortune valde pernitiosuȝ vtiq̄ erit.

TErtium declarat. s. ꝙ irrationabile ē ponere ꝙ felicitas pueniat a cā fortuita. ⁊ hec ē conclusio. 4.o. q̄ pbatur dupl̄r. p̄ sic. ea q̄ fiūt fm nām. ⁊ etiā ea que fiunt fm artem optime fiunt vt possibile ē ea fieri ⁊ optie disponūṫ s3 ꝙ nata sunt disponi. cum ḡ felicitas sit bonuȝ ⁊ optimum eius cā dȝ optie se habere. s3 fortuna non se hēt optime imo deterius se hȝ q̄ ars vel natura. ergo irrōabile ē ꝙ felicitas sit a cā fortuita. qꝛ sic non fieret optime s3 ꝙ nata est fieri. Maximum aūt. scdo pbatur hec ꝯclusio sic. ierōnabile ē ꝙ effect⁹ pfectissimus sit a cā imperfectissima. sed felicitas ē effectus pfectissimus ⁊ fortūa ē cā impfectissima. ḡ ⁊c. vnde si felicitas eēt a fortūa multo fortius oia alia bona humana eēnt a fortuna. ⁊ ita cessaret omne hūanū ad bōa exeq̄nda qđ ē valde icōueniēs.

Manifestū āt ē ⁊ ex rōe quod q̄ritur. dictum ē.n. ante operatio fm vtutē q̄lis q̄dā: reliquorū aūt bonorum hoc q̄dē existere necessariū: hec āt coadiutiua ⁊ vtilia nata sūt organice. Cōfessa autē hec vtiq̄ erūt: ⁊ his q̄ a pricipio. polytice autē finē optimū possum⁹. Hoc autem plurimū studium facit huius quales quosdā ⁊ bonos ciues facere ⁊ operatores bonorum.

HEc ē tertia pticula p̄me ptis i qua pħs soluit questionem querentem a quo est felicitas ⁊ ꝯsistit solutio in hoc ꝙ felicitas ē a cā humana. ⁊ hec ē ꝯclusio. 4.i. que pbaṫ sic. felicitas ē opatio fm vtutē. vt pȝ ex pcedētibus s3 opatio fm vtutē ē ab hoie. qꝛ vt⁹ ē ab hoie. ḡ felicitas ē a cā hūana. alia tñ bōa ꝯcurrūt ad felicitatē q̄dā istrumētalr ⁊ organice sic̄ dictū ē pri⁹ i eis tñ nō ꝯsistit pncipalr felicitas que ē operatio. Confessa autē. ꝙ āt felicitas sit operatio fm vtutē pȝ p ea q̄ dicta sūt pri⁹. s. ꝙ felicitas ē vltim⁹ finis i reb⁹ hūanis. s3 manifestū ē ꝙ opatio fm vtutē ē vltimus finis i reb⁹ humanis. nā ad hoc tēdit polytica ferēdo leges ⁊ penas: ⁊ pmia adhibēdo vt faciat ciues bonos ⁊ ut faciat eos operari fm vtutē. ꝙ ḡ felicitas q̄ ē finis polytice sit opatio fm vtute ē ꝯsonū pdictis. Intelligēdū ē vt pȝ p determiatōem pħi ⁊ sui Cōmētatoꝛ hic. ꝙ felicitas ē a cā hūana ⁊ ēt a cā diuia. Est.n. a cā diuina sic̄ a cā pricipali. s3 ñ sicut a cā totali. ⁊ ē a cā hūana tāq̄ a cā ꝓxia ⁊ imediata. qꝛ ē imediate ab intellectu fm hitū sapie vel prudētie q̄ est cā hūana. pōt ēt dici diuina fm pticipatōem ⁊ assimilationē. Intellect⁹.n. ⁊ hit⁹ itellect⁹ a qb⁹ puenit felicitas pñt dici diuina. qꝛ p eos assimilaṫ diuis.

Decenter igitur neq̄ bouem neq̄ equū neq̄ aliqđ aliud aliorū aīalium felix eē dicim⁹. nullū.n. ipoꝝ possibile ē cōicare tali opatōe. ꝓp hoc āt cām neq̄ puer felix ē: nō dū.n. opatoꝛ taliū ꝓp etatē. Dicti āt ꝓp spēm beatificaṫ. idigēt.n. quēadmodū diximus vtute pfecta ⁊ vita pfecta.

HEc ē scđa ps pricipalis hui⁹ capli: in q̄ determiaṫ quarta qō pricipalis h⁹ libri. s. cui⁹ ē felicitas. Hoc ē i q̄ ē felicitas sic̄ i sbo. Et primo declaraṫ i qb⁹ nō ē felicitas: deinde concludiṫ cui⁹ siue i q̄ ē felicitas. Pro p̄lo ḡ pbaṫ ꝙ neq̄ asin⁹ neq̄ bos neq̄ aliqđ irrōnabiliū. nec puer ē felix. ⁊ hec ē ꝯclusio. 4.z. q̄ pbatur sic. felicitas ē opatio fm vtutē: s3 nullū illoꝝ ē opatoꝛ talia opatōis. ḡ ⁊c. maioꝛ pȝ ex pcedētibus ⁊ minoꝛ declaraṫ. qꝛ nullū aial irrōnale potest cōicare tali opatōe. s. fm vtutē qꝛ nō hñt aptitudinē ad talē opatōem. puer ēt ꝓp etatē nō ē opatoꝛ taliū ex qb⁹ hō dr̄ felix. pueri tñ beatificāṫ. Hoc ē dicūṫ q̄nq̄ beati ꝓp spē futuri boni. Hoc ē ꝓp spē future felicitatis quā i eis credim⁹ eē futurā. ⁊ hoc ut dicit Eustrati⁹ ē: vl ex natura li disponē eoꝝ. vt qꝛ videm⁹ eos iclinari ad bona ⁊ refugere mala: vl ēt ex eo ꝙ sūt ex felicib⁹ parētib⁹ pcreati. s3 i pñti non pñt dici felices. qꝛ felicitas vt diximus idiget vtute pfecta ⁊ vita pfecta quoꝝ neutrū cōpetit pueris vt satis pȝ. ⁊ ex hoc pȝ cui⁹ ē felicitas siue i q̄ ē felicitas. sicut in sbo. qꝛ ē hois opantis fm vtutē pfectā in vita pfecta. Caplm z⁹ tractat⁹ tertij in quo moueṫ ⁊ soluiṫ vna qo. s. ꝯclusionis pricipal. s. qñ ē felicitas. i. qñ inest felicitas hoi. Hoc āt qđ hȝ. z. ptes q̄ sūt due questiones pziales. Prima ē an aliqs sit felix dū viuit: vl oȝ respicere finē vite: vt dixit Solon. Scđa ē vtrum aliqs sit felix p⁹ hāc vitā. pria istaꝝ q̄stionum moueṫ ⁊ soluiṫ i capitlo isto. ⁊ ē solo. ꝙ possibile ē hoiem eē felicē dū viuit. qꝛ possibile ē hominē dū viuit opari fm vtutē pfectā i vita pfecta victuꝝ: sic ⁊ ēt finituꝝ scdm rōneȝ.

Multe enim trāsmutatōes fiunt trāsmutatio nes vite ⁊ oīmode fortune scdm vitaȝ: ⁊ ꝯtingit maxie abūdantē magnis calamitatibus icidere i senectute: quēadmodū i heroicis d priamo narraṫ. Talib⁹ āt vsū fortunis ⁊ fini

entem miserabiliter nullus itaq felicitat.

Istud ē cap[itulu]m 2[m] tractatus tertij libri. in quo mouet̄ ⁊ soluit̄ hec q̄ō. vtrū aliq̄s hō sit felix dū viuit. ⁊ ɔtinet duas p̄tes p̄ncipales. In p̄ia ponit̄ q̄ō cū motiuo q̄ōis. In scđa ibi. Uel fortunas. ponit̄ solō q̄ōis. Prima p̄s continet tres p̄ticulas. In p̄ia pōit motiuū q̄stionis. In scđa ibi. Utrū ē igit̄. pōit q̄ōnem. ⁊ ad ip̄am arguit. In tertia ibi. Si āt nō dicim⁹. ponit ⁊ excludit quādā rōem ad rn̄sionē suā. In p̄ia igit̄ p̄ticula ponit̄ motiuuȝ q̄ōnis q̄ō ē tale. multe trāsmutatōes sūt circa vitā humanā ⁊ oīmode. i. oībus modis. q2 de bono in malū ⁊ de malo in bonū tā ſm corp⁹ q̄ ſm aīem. ⁊ h⁹ transmutationes fiunt ſm totā vitā ⁊ in oi etate hoīs ⁊ i iuuētute ⁊ senectute. q2 ɔtigit aliquē q̄nq̄ eē maxīe abūdantē in iuuētute q̄ tn̄ in senectute icidit in maxias calamitates: sic i versibus heroicis narratur de Priamo q̄ ip̄e p̄us fuit visus hōis fortunis̄ ⁊ postea miserabiliter finiuit vitā suam. ⁊ talē nullus felicitabit. i. felicē enunciabit q. s. hōis fortunis visus ē i iuuētute ⁊ postea in senectute miserabilit̄ finiuit. Istud q̄ ē motiuū q̄ōnis. s. trāsmutatio in hac vita de p̄speritate i miseriā nec pōt i hac vita eē certū q̄liter hō vitā suā finiet. iō dubiū est an nō obstāte huiusmōi variatōe fortūe possit aliq̄s eē felix in hac vita. Intelligendū ſm Eustratium hic. q̄ hoies āntiq̄ui dicebāt viri gloriosi p̄diti nobilitate ⁊ v̄tutibus a q̄b⁹ ē̄sui heroyci dicti sūt i. q̄b⁹ narrat homer⁹ q̄ Priamus fuit primus rex troie p̄le felicissimus decorus gloria diuitijs abūdātissimus: v̄tute rectissimus pace quietissimus qui in senectute bonum contrarijs omnino subiecuit.

Uidetur igitur nullū aliū hoiȝ beatificandum vsq̄ quo vtiq̄ viuit: sed ſm Solonē aut debitū ē finē respicere. Si āt vtiq̄ ⁊ ponēdū ita. q̄ ē felix tunc cum vtiq̄ morietur: vl̄ h̄ aīo icōueniens. aliterq̄ ⁊ dicētib⁹ nobis opatōem q̄dā felicitatē.

Hec ē scđa particula p̄me p̄tis in qua pħs mouet questionem ⁊ ad ip̄sam arguit. ē igitur questio verum aliquis felix sit dum viuit vel oportet respicere finem vite scilicet considerando si felicitas perseuerat vsq̄ in finem vite sue sicut Solon dixit q̄ nullus est felix q̄diu viuit sed solum in fine vite ita q̄ solū post hāc vitam est certum de aliquo. verum fuerit felix vel non. Sciendum scđm Eustratium hic. q̄ Solon fuit vn⁹ de. 7. sapiētib⁹ qui Athenienſibus leges condidit ⁊ propter mutatōem fortune quam vidit puenire circa vitam humanam dixit. q̄ nullus debet dici felix q̄diu viuit sed solum in fine vel post finem hui⁹ vite ⁊ iō pħs hic ingrit de v̄itate hui⁹ positionis.

Si autem vtiq̄. Arguit ad questionē obiciendo cōtra dictū Solonis probando q̄ nullus est felix quando moritur. ⁊ hec est conclusio. 43 q̄ p̄batur sic. felicitas est operatio ſm virtutem. sed homo q̄n moritur non operatur ſm virtutem. ergo ⁊c. ⁊ hec ratio probat q̄ homo in fine vite sue scilicet in vltimo instanti temporis mensurantis totam vitaȝ hominis non est homo felix. quia in illo instanti homo p2 mo habet non esse. naȝ in substantijs permanentibus non est dare vltimum instans in quo res est sed primum in q̄ res nō est. Postquam fuit. sed quando res nō est tunc non operatur scđm virtutem. p̄batur etiam hec ratio. q̄ nec in morte scilicet in vltio instanti tēporis mensurantis totam vitā hoīs nec ēt post illud instans est homo felix. q2 nō ē felix quādo non est. q2 tunc non operatur scđȝ v̄tutem sed homo nec in vltimo istāti vite nec p⁹ vltimū istās vite hȝ opatōeȝ ſȝ v̄tutē q̄ ⁊c.

Si aūt nō dicim⁹ mortuū felicē. neque Solon h̄ vult: ſȝ q̄m tunc vtiq̄ q̄s firmiter beatificabit hoiem: vt iā extra mala existētē ⁊ i fortuna. Dēt q̄dē ⁊ h̄ q̄ōnē quandaȝ. Uidet̄. n. eē ⁊ mortuo malū aliq̄d: ⁊ bonū siq̄dē viuēti nō sentiēti āt puta honores ⁊ dehonorationem ⁊ filioꝝ ⁊ oīo p̄nepotū p̄speritates ⁊ infortunia. Questōem āt ⁊ hec tribuūt: etenīȝ q̄ hn̄ vixerit vsq̄ ad senectutē ⁊ mortu⁹ ē scđȝ rōnē contigit multas trāsmutatōes fieri circa filios. ⁊ hos q̄dē ip̄oꝝ bonos eē ⁊ potiri vita q̄ ē scđm dignitatem: hos āt ex ɔuerso. Manifestum āt q̄m distēsionib⁹ ad patres omnifariā hēre ip̄os ɔtigit. Incōueniēs āt fiet vtiq̄ si simul trāsmutet̄ ⁊ mortu⁹ ⁊ fiet aliq̄n q̄dē felix. rursus autē miser. Incōueniēs āt ⁊ i hoc nihil neq̄ in quodam t̄pe supuenire q̄ sint filioꝝ patribus. Sed reuertēdū ad prius q̄sitū. Forsitā enim vtiq̄ ip̄icie̅t ⁊ q̄ō nūc q̄sitū ē ex il. o. si. n. vtiq̄ finem videre oportet. ⁊ tunc beatificare vnunquenq̄ non vt existentem beatuȝ. ſȝ q̄m prius erat: qualiter non incōueniens si quando est felix non vere dicetur de eo existere.

Hec est tertia particula in qua excludit quandam responſionem ad rationem pħi nunc factam contra Soloneȝ. posset enim aliquis dicere q̄ ratio verum concludit. scilicet q̄ nullus est felix quādo moritur nl̄ post morteȝ: nec hoc dixit Solon neq̄ nos dicim⁹. sed Solon hoc voluit q̄ quādo homo est mortuus tunc potest aliquis firmam sententiam dare de eo quod est vel fuit felix. ⁊ hec responſio potest intelligi dupliciter. vnomodo q̄ homo quādo ē mortuus est felix quia tūc ē extra mala ⁊ infortunia. Et scđm Eustratium. pħs per mala intelligit illa mala que homini aduenīunt secūdum electionem: ⁊ per infortunium intelligit mala que non ex nobis sed ex causa extrinseca inferuntur. Et quia nihil talium mortuus de cetero sentiet ideo post mortem est

homo felix. τ iſte ē vnus intellect⁹ q̄ potuit fuiſſe Solonis. Ali⁹ intellect⁹ ē ꝙ q̄n hō ē mortu⁹ tūc nō ē felix ſʒ tūc certitudīalr pōt ſciri vtrū fuerit felix vel non. qꝛ tūc certitudinalr ſcitur q̄liter finiuit vitā ſuā. Si enim ſciat ꝙ ſ rōnē finiuit vitā ſuā tūc ſcitur ꝙ fuit felix. τ ſi ſciatur ꝙ non finiuit vitam ſuā ſm rōem tunc ſcitur ꝙ nō fuit felix. Habet gdē. ſʒ iſtā rñſionē excludit phs. τ ꝑ excludit pmū intellectum reſponſionis que ponit ꝙ poſt mortē ſcitur d aliquo ꝙ ē felix vel ꝙ fuit felix. qꝛ tunc ē poitus extra mala. Iſtud excludit phus probando ꝙ mortuus non ē poitus extra mala. qꝛ mortuo videntur accidere bona τ mala. vt honorationes τ honoratōes pſpitates τ infortunia aicorum τ vīctium. ſed cui mala poſſunt accidere de illo non ē certū ꝙ ē poitus extra mala: nec ꝙ ē vel fuit felix. vñ q̄uis mortuus nō ſentiat ea tñ ſibi poſſunt contingere mala ſicut vīnēti non ſentienti multotiens contingūt multa mala. vt ꝙ amici ſui occidātur. aut ꝙ diuitie ei⁹ diripiātur. Queſtionē ēt. Occaſione autē ꝑdictorum interponitur q̄daʒ qō poſſibile. n ē ꝙ aliquis per totā vitam ſuam feliciter vixerit. τ feliciter finiat vitam ſuā: tñ poſt mortēʒ contingunt diuerſe trāſmutationes circa filios ſuos. ita ꝙ quidam fiunt felices τ quidā miſeri. Eſt ergo queſtio. vtrū felicitas ipſius mortui d beat trāſmutari pp infortunia q̄ accidunt filijs ſuis τ amicis. Si detur ꝙ ſic videt ſeq inconueniens qꝛ ſic mortuus trāſmutaretur de felicitate in miſeriam. τ ſic infirma erit beatitudo qō videtur inconuenīēs. Si āt detur 2riū. ſ. ꝙ illa que contingūt filijs in nullo tempore ſupueniant patri. ex hoc ēt videt ſeqnl incōueniens ꝙ. ſ. pater ſit ingrat⁹ filio τ nō miſericors τ inimicus. Iſta queſtio non ſoluit hic. ſʒ in capitulo ſequēti. Sed reuertēdū ē. ſm intellectū reſponſionis ipſius Solonis iprobat phs. τ ēt remouet Solonis motiuum pp qō dicto nō reſpondebat. dixit eni Solon ꝙ p⁹ mortē ē certū de aliquo ꝙ fuit felix. ſed ante mortē nō ē certum de aliquo ꝙ eſt felix. Iſtud improbat phs pbando ꝙ ſi poſt mortēʒ ſit verū de aliquo ꝙ fuit felix. ꝙ ante mortem fuit veꝝ de eodēʒ ꝙ ē felix. τ hec ē 2cluſio. 44. huius libri. Iſtā concluſionē pbat phs ducēdo ad icōueniēs dam oppoſitū eō cluſionis. magnū. n. inconueniens videt ꝙ q̄n aliquis ē felix non vere dicatur ꝙ eſt felix. ſed ꝙ poſtea dicatur ꝙ fuit felix. nam veritas ꝑpoſitionis de ꝑterito dependet a veritate ꝑpōis de preſenti. nam propter hoc aliquid ē verum fuiſſe: quia verum fuit illud eē vnde hec ē ꝑpoſitio ꝑbans concluſionem. oīs ꝑpoſitio vera de preterito hēt aliquam de pſēti q̄ aliq̄n fuit vera. Si ergo hec ſit vera de preterito Sortes fuit felix. hec de pſenti fuit vera Sortes ē felix. ſed hec. ſortes ē felix. nō fuit vera niſi quando ſoꝛ. vixit. ḡ hec fuit vera ſoꝛ. eſt felix ſorte viuēte. τ ita de aliquo in hac vita ē verum ꝙ ipſe ē felix. Intelligendū ē ꝙ q̄uis oī ꝑpoſitioni affirmatiue vere de ꝑterito correſpōdeat affirmatiua de pñti q̄ aliq̄n fuit va. tamē maior certitudo eſt de vitate ꝑpoſitiōis de ꝑterito q̄ vnq̄ fuit de veritate ꝑpoſitōnis de preſenti. qꝛ affirmatiua vera de ꝑterito ē neceſſaria ſed non oportet ꝙ affirmatiua vera d pñti ſit neceſſaria. vnde de eo qui feliciter finiuit vitā ſuaʒ ē mō neceſſarium ꝙ ipſe fuit felix: ſed nūq̄ fuit iſta de preſenti neceſſaria. iſte ē felix. quia ſemꝑ dum ille vixit fuit incertum qualiter finiret vitam ſuam vtrū feliciter vel ifeliciter. vnde ſuppoſito ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s ſit felix regritur ꝙ ipſe feliciter moriat hec ē indeterminate vera ille ē felix. qꝛ dependet a veritate ꝑpoſitionis de futuro i materia 2tingēti .ſ. a veritate hui⁹ ille feliciter morietur. τ aꝉ .n. ꝑpoſitio ē ſic determinate vera ꝙ ſic ē vera pro hoc inſtāti ꝙ non ē falſa. ꝑ hoc inſtanti potuit tñ fuiſſe falſa ꝑ hoc iſtanti. vnde tripliciter dr ꝑpoſitio determinate vera. vł qꝛ ſic determiatur ad veritatē ꝙ nunq̄ poteſt eſſe falſa. τ iſto modo ſola ꝑpoſitio neceſſaria ē deſminate va

Scdo modo dicit ꝑpoſitio determiate vera q̄ ſic determinat ad vitatē ꝙ non poterit eſſe falſa nec fuiſſe falſa ꝑ hoc inſtāti. τ iſto modo ē determinata veritas i ꝑpoſitionibus de preſenti q̄ nō depēdent a futuro. vt illa tu ſedes ē ſic determiate vera ꝙ nūq̄ potuit fuiſſe falſa ꝑ preſenti inſtāti. Tertio mō dicit ꝑpoſitio determiate vera q̄ ſic ē vera ꝑ hoc iſtāti ꝙ ñ ē falſa ꝑ eodem iſtāti poterit tñ fuiſſe falſa. pro hoc iſtāti. τ iſto mō ē determinata veritas i ꝑpoſitionibus de futuro in mā contingenti. τ ēt in ꝑpoſitionibus de pſenti q̄ dependent a futuro ſicut magis declaraui ſup ꝑmis pierminias τ iſto tertio modo ē 2cedēdū ꝙ de aliquo dum viuit eſt determinate veꝝ ꝙ e felix: magis tñ eſt determinate verū poſt mortem ꝙ fuit felix q̄ ꝙ eſt felix dum viuit.

Propter non velle viuētes felicitare pp tranſmutatōes τ pp permanens quid felicitatē exiſtimare τ neq̄q̄ facile tranſmutabile. Fortunas āt recircularī multotiēs circa eoſdem. Manifeſtum eniʒ ꝙ ſi ſequamur fortunas eūdem felicem τ rurſus miſeꝝ dicemus multotiens: camaleonta quēdam felicem nūciantes τ debiliter firmatum.

Ponit τ remouꝫ motiuū Solonis qō fuit iſtud. cōtingit multotiēs fortunas recirculari circa eoſdē. vt cū de diuite ſit pauper τ de malo bon⁹ τ ecōuerſo. τ felicem dixit eē qd permanens τ ſtabile. τ in hac vita propter huiuſmodi tranſmutationes non ē ſtabilitas. ideo dixit ꝙ in hac vita non eſt verum dicere de aliquo ꝙ ipſe eſt felix. Manifeſtum enim.

Istud motiuū remouet phs ostēdens q non debet aliquis iudicari felix ɔsiderando ad bona vl mala fortūe. ⁊ hec ē ɔclusio. 45. q̄ pbat sic bona ⁊ mala fortune sūt variabilia istabilia ⁊ incerta vt manifestū ē. g̃ si considerādo ad bona vel ad mala fortune eēt aliquis iudicādus felix de eodem vere diceremꝰ multotiens q ē felix ⁊ iterum miser. ⁊ sic enūciabimꝰ felicem vt camaleonta ⁊ vt debiliter firmatū. Cōmentator dicit hic q camaleōta ē animal breuissimam habēs naturam: vt faciliter trāsmutet ad oēs colores corporum ppe iacentium. ⁊ iō si considerādo ad bona vel mala fortune esset aliquis felix felix nō eēt firmatus in bono sicut nec camaleonta in colore.

Uel fortunas quidē sequi neq̄q̄ rectam. non .n. in his bene vel male. sed indiget his hūana vita quēadmodum diximus domine aūt sūt q̄ fm virtutem opationes felicitatis: contrarie autē ɔtrarye. ¶ Testatur aūt sermoni ⁊ qō nunc quesitum est. Circa nihil .n. sic existit humanorum operum constātia vt circa operatōes q̄ scdm virtutem sūt. pmanentiores .n. disciplinis hec vidētur eē: earūdem aūt honorabilissime permanentiores ppter maxime ⁊ maxime ɔtinue viuere in ipsis beatos. hoc .n. assimilatur cāe eius qō ē non fieri circa ipsas obliuionem.

Hec ē scda ps principalis huius capli. et continet tres particulas. In prima soluit motiuum ponentium q nullus est felix an finem vite ppter transmutationes fortuitas. ⁊ ostēdit quoddā necessariū ad solutionē pncipalis q̄stōnis. In secūda ibi. Existet autē. Soluit q̄stionē principalē q̄ ē de pmanētia felicitatis. In tertia ibi. Si autem. Respōdet ad inconueniētia pinducta. In prima igitur pticula pmo soluit motiuū ponētiū q nullus pōt dici felix in hac vita ppter transmutatōes fortuitas que circa eosdē cōtingunt. respondet q q felicitas essētialiter consistit in opatione virtutis: ⁊ non i bonis fortune q̄ solum instrumentaliter felicitati deseruiunt. iō dicit nequaq̄ eē rectum sequi fortunas. s. in iudicādo aliquē eē miserum vel felicē. cuius rōem assignat. d. q bonum ⁊ malū hois non consistit in his scilicet pncipaliter. Quia vita humana sicut pus dictum ē indiget his sicut quibusdā instrumētis ad multas pclaras opatōnes exercendas. sed opatōes fm vtutem sūt dne felicitatis. B ē pncipaliter pertinent ad felicitatē ⁊ bona fortune pertinēt ad felicitatē instrumētaliter tantum. ⁊ ɔrie operationes. s. operationes vitiose sunt dne contrariu. i. habent dominiū ⁊ pricipatum in contrario. s. i miseria videlicet ex hoc q pricipaliter aliquis dicit miser eē ex hoc q vitiose ⁊ ɔtra rōem operatur. Sic g̃ vādeo ad motiuum solutionis qd ppter varietatem vel trāsmutationem fortune non debet aliquis dici felix vel miser cum bona fortuna nō ptineat pncipaliter ad felicitatem. ¶ Notādū ē hic pmo q cū phs dicit q opatōes fm virtutē sūt dne felicitatis loquit de felicitate que ē quoddaz aggregatum ex oibus que requirunt ad bene viuere hois. loquendo enim de tali felicitate opationes fm virtutez sūt domine felicitatis. qr sūt ptes pncipales talis felicitatis aggregate ex bōis aie ⁊ corpis ⁊ exterioribus bōis: sed non sunt dne felicitatis q̄ ē vna simplex operatio. vel pōt dici q opatōes fm virtutē moralē sunt dne in cāndo vel efficiendo felicitatis speculatiue eo q principaliter agūt ad talē felicitatē. Albertꝰ tamen dicit hic q vtutes dicuntur dne non tm ppter principalitatē quā hnt in opando feliciter. sz pp dnium qō vtus habet in ɔtinuādo opatōem potētie i q̄ est ne declinet ad aliqua opa seruilia ⁊ infima. ¶ Testatur autē sermoni. ostendit quoddā necessarium ad solutōem pricipalis questōis. ⁊ ē q opationes fm virtutem inter bona hūana sunt maxime permanētes. ⁊ dicit primo q sermoni quo dictum est q operationes fm virtutē principaliter in felicitate attestatur hoc. s. q opationes scdm virtutem inter res humanas sunt maxime permanentes ⁊ per consequens sunt principales in felicitate. Qd autē inter bona humana operatōes scdm virtutem sint maxie pmanētes pbat phs. ⁊ ē ɔclusio. 4. 6. q̄ pbatur sic. si aliquis eēt firmius ⁊ magis permanens q̄ operatio scdm virtutem. hoc maxime esset scia. sed scia nō ē firmior q̄ opatio fm vtutez. g̃ inter bona humana opatōnes fm virtutem sūt firmiores ⁊ magis pmanētes. Circa maiorem huius rationis ē sciendum q rerum humanarum quedam pertinent ad corpus ⁊ quedam ad animam. omnia pertinētia ad corpus eo q sūt materialia ⁊ corpalia sūt per se transmutabilia: sed illa q̄ ptinēt ad aiam solū sunt trāsmutabilia p accidēs. ⁊ iō sūt minꝰ trāsmutabilia q̄ ea q̄ ptinent ad corpus. Eoꝝ āt q̄ ad aiam ptinēt q̄dā pricipalr ⁊ pṗe ptinēt ad intellectū vt hītꝰ itellectual. ⁊ q̄dā ptinēt ad appetitū sicut vtutes morales. iō phs volēs ondere q opatōes fm vtutē iter res hūanas sūt pmanētiores. pbat hoc p B q opatōes fm vtutez. ⁊ ēt ipe vtutes sūt pmanētiores ipis disciplis idest scietijs dmōstratiuis. iter ipas āt vtutes ⁊ eaꝝ opatōes ille q̄ sūt honorabilissime sunt maxie pmanētes. ⁊ B pōt eē. vel qr opatōnes vtutū maxie itēdunt p delectatōem. vl pōt B eē qr materie virtutū ɔtinue nobis occurrūt ⁊ felices ɔtinue viuūt ⁊ opant circa materias virtutū. ⁊ pp B circa tales vtutes n̄ cadit obliuio. qr hō ē i ɔtinuo exercitō circa mās vtutū. Alia ēt cā pōt assignari. q̄re circa vtutē non cadit obliuio. qr obliuio sicut ⁊ reminiscētia ptinet

ad virtutem cognitiuam non ad appetitiuam:
sed virtutes morales ptinent pncipalr ad vir
tutē appetitiuā. Circa minorē sciēdū q̄ sciētia
q̄tū ad bitū scie pmanētior ē q̄ opatio sz vtu
tem. qz bit⁹ ē ō difficili mobil. Cū bit⁹ scie non
ē magis pmanens q̄ bitus vtutis. sed vt⁹ mo
ralis ē pmanētior q̄ scia. z opatio vtutis mora
lis ē pmanentior z frequētior q̄ opatō sciētie.
Et hui⁹ cām assignat phs. o. q̄ hoc ē pp maxie
cōtinue vincere i ipsis: hoc ē qz ptinue occurrūt
nobis ea circa q̄ oz hoiez virtuosū se hēre. vel
cōtra vtutē: sicut vsus cibor. ptō tra mulieres
z huiusmōi. z nō ita ptinue occurrūt nobis ea
circa q̄ ē scia speculatiua. z iō habit⁹ vtutis mo
ralis magis firmat in hoie per consuetudinez
q̄ bitus scie. Intelligēdū ē hic q̄ vtus ē per
manentior q̄ scia q̄tū ad opatōem i q̄tuz ad
exercitiuz z vsum. qz materia scie nō ita occur
rit nobis sicut materia virtutis moralis. q̄tuz
tū ad obiectū z materiā circa quā ē scia: sic sci
entia ē pmanētior q̄ virt⁹. z forte bitus scie est
simplr pmanētior q̄ bitus vtutis: cum opatio
vtutis circa materiā suā ē pmanētior. i. frequē
tior q̄ opatō scie. vn simplr loquēdo bitus scie
ē firmior q̄ bitus vtutis tū quātum ad exerci
tiuz opationū bit⁹ vtutis ē firmior z freqntior.

Existet autem vtiqz qd q̄situ ē felici. z
etit q̄ vitam talis. semp. n. vel
maxime oium opabit z speculabitur q̄ sm vir
tutez. Et fortunas feret optie: z omnino vbiqz
prudēter q z vere bonus z tetragon⁹ sine vitu
perio. Multis āt factis sm fortunam z diffe
rētibus magnitudie z puitudie: pua quidem
psperitatū. Silr āt z oppositoz manifestuz q̄
non faciūt inclinationem vite. Magna autez
z multa facta q̄ ē bn̄ beatiorem faciūt vitam.
etenim hec condecorare nata sūt z vsus eoruz
bonus z studiosus fit. econuerso āt accidentia
tribulāt z pturbant beatum: tristitias. n. infe
runt z impediunt multis opationibus. Verū
tū z in his refulget bonū. Cū. n. qz vtiqz ferat
q facilr multa z magna infortunia n̄ pp dolo
ris insensibilitatē sz virilr existēs z magnanim⁹.

Hec ē secūda pticula secūde ptis principa
lis in q̄ phs soluit questionem pncipalē
q̄tum ad vnam ptem eius que ē: an aliq̄s pos
sit esse felix in hac vita. Istam q̄stionem soluit
phs. z p̄ pponit solutōem. z² pbat eam. Dicit
ergo q̄ eum opatiōes sm virtutē sine perma
nentissime. z felicitas pncipalr psistat i opatōe
vtutis. Illud qd q̄sitū ē. i. felicitas iest felici. z
erit per totā vitam talis. hec q̄ ē solo q̄ aliqs
pōt eē felix in vita. qz pōt operari sm virtutē
in tota vita. Semp. n. z hoc pbat. s. q̄ felicitas
pōt pmāere per totā vitā. z hec ē pclusio. 47.
huius libri q̄ pbatur duplr. pmo ex pfectōne
bitus. scdo ex euētibus fortuitis. pmo sic. bitū
habitum perfectum semp pōt opari sm illum
bitum. z maxime ptinue oīuz. Liter oīa alias
operationes. sed felix hz vtutem perfectam. ut
pz ex pdictis. q̄ semp vel maxime poterit opa
ri i vita actiua q̄ sūt sm virtutē z ēt specula-
ri i vita ptēplatiua. ō illa respōsiōe ponit virt⁹
maioris i littera. Et fortunas feret. Scdo ostē-
dit eandem conclusionem ex euentibus fortui
tis. z pmo narrat i generali q̄ felix circa oēs
fortuitos euentus optime se habet. Tertio ostē
dit in spāli quomodo felix omnem euētum for
tuitū feret. dicit ergo pmo q̄ felici ad hoc q̄ p
maneat felix per totam vitam non obstat va
rietas z incertitudo bonoz fortune. qz in his
. s. in bonis fortune non consistit felicitas pnci
palr. sz ille qui ē vere felix optime se habebit
circa omnes fortunas. z in quolibet euētu pru
denter z sine vituperio se habebit: sicut vir te
tragonus qd ē corpus cubitum z q̄dratum zc.
Et sm Eustratium phs hic loqtur metbapho
rice. quia sicut tetragonus qd ē corpus cubi
tum z quadratum habēs sex superficies qua-
dratas semper recte stat in qualibet superficie
qualitercunqz pvoluatur: ita virtuosus z felix
in qualibet fortuna bene se habebit. quia nec i
psperis exaltabitur metas virtutis transcen
dendo. nec in aduersis ē deiectus aut recedēs
a virtute. z ita pter nullam mutationem for
tūe desistit felix ab operatōe virtutis. Mul
tis autem factis. ostēdit in speciali quomodo fe
lix quēlibet euētum fortune bene feret. dicēs
q̄ cum magna z multa ppera z aduersa scds
fortunam eueniant que differunt magnitudi
ne z paruitate: manifestuz est q̄ parua pspe
ratuz vel aduersitatū non faciunt inclinatiō
nem vite idest non possunt vitam felicitatis
mutare scilicet: vt felix propter parua pspe
vel aduersa permutetur ō felicitate in misia.
Si autem prosperitates vel aduersitates sint
multe z magne. si sint magne prosperitates: tūc
facient vitam felicis beatiorē quia talia bona
fortune si sint magna nata sunt condecorare fe
licitatez. z etiam sunt instrumenta felicitatis.
Si aūt illa magna fortuita sint mala que vt
addit Albertus quēlibet constantem viz me
rito mouere debeant. tunc talia magna mala
tribulant z contristant beatum idest felicem. z
impediunt ipsum a multis bonis opibus nō
tamen sic q̄ omnino tollant operationem vir
tutis. Unde dicit Eustratius q̄ talia magna i-
fortunia felicitatez non alterant sed angustiā.
ideo subdit phs. o. verum tū z in his scilz ma
gis infortunijs refulget bonum virtutis z ra
tionis. q̄ certe aliquis faciliter feret multa et
magna infortunia. non pter hoc q̄ non hebs
ses sit doloris z tristitie: sz tāq̄ virilis existēs
z magnanimus hoc accidit pter firmitatē vir
tutis z rōis. sic ergo patet in spāli qualit felix
quemlibet euentum fortune bene feret. quia

euēt⁹ fortuiti vł sūt magni vel pui. si sint pui manifestū ē q̄ n̄ trāsmutant felicē de felicitate in miseriam siue sint boni: siue sint mali. Si autem euentus fortuiti sint magni: aut ergo sūt boni aut mali. si sint boni tūc decorāt ⁊ augent felicitatē. Si vero sint mali adhuc nō destruunt felicitatē: q̄uis impediāt felicē a multis operationib⁹ bonis. sed magis manifestāt felicitatem: eo q̄ v̄tus ⁊ felicitas magis manifestātur p̄ hoc q̄ hō bñ ⁊ scdm rōem se h3 i magnis ifortunijs paciēt ⁊ scdz q̄ oz in ferendo.

Notādū ē hic secūdū Eustratiū: q̄ virtuosus faciliter fert magna infortunia nō p̄pter hoc q̄d n̄ h3 sensū doloris ⁊ tristitie. q2 hoc nū eēt multū laudabile ferre illa infortunia q̄ nō inferūt sensū doloris l' tristitie. s3 v̄tuosus fert faciliter huiusmōi ifortunia que iferūt p̄priū dolorē p̄p firmitatē v̄tutis ⁊ rōis. ⁊ hoc ē laudabile. in v̄tuosū. n. cadit tristitia rōne moderata: q̄ nec rōem nec v̄tutē subuertit. Scdo ē intelligēdū q̄ v̄tuosus se eq̄l'r h3 in p̄sperís ⁊ in aduersis: ita q̄ eq̄ tolerat quecūq3 ei cōtigunt extrinsecus: nec repit̄ elatus in p̄speris neq3 dep̄ssus in aduersis. hec āt v̄tus per quā3 homo vniformiter se h3 i p̄speris ⁊ in aduersis ab aliquo noiat̄ eq̄nimitas: q̄ ē q̄dā v̄tus contenta sub fortitudīe spēali: que ē virt⁹ cardinalis. ⁊ p̄ hanc v̄tutē eq̄nimiter hñs hāc v̄tutem non exalta̅t vltra rōem in p̄speris: nec deprimitur vltra rōem in aduersis. ⁊ pōt hec virt⁹ vocari virilis. ⁊ sic ph̄s eam nominat hic. et s̄m ph̄m videt̄ eē q̄dam spēs magnanimitatis.

Tertiō ē notādū q̄d dicit Seneca de felicitate ⁊ ifortunijs. dicit. n. q̄ hō felix i fortūis fert decēter quē aliq̄ ifortunia cōmouent. nulla tñ p̄fecte perturbant quē fortuna q̄ h3 tela pungit sed nō vulnerat. iō sic fuit ordinatum athenis q̄ in porta ciuitatis sedebat q̄dā senex q̄ examinabat animos intrātiū iferendo eis molestiam. ⁊ si quis paciēter sustinebat p̄mitebat eu3 intrare: ⁊ si non patiēter sustinuisset nō p̄mittebat eū intrare ad studium.

Si autem sūt operatōnes dñe vite quēadmodū diximus. nullus itaq3 beatorū fiet miser. Neq3. n. aliq̄n opabit̄ odibilia mala. vt. n. vere bonū ⁊ sapientem oēs existimamus fortunas decēter ferre: ⁊ existentib⁹ semp̄ optīs operari quēadmodū ex datis. ⁊ ducē bonū p̄sente exercitu vti maxime bellicose: ⁊ coriorū incisorem ex datis corijs optimum calciamentu3 facere. eodem modo ⁊ alios artifices omnes.

Hec ē tertia p̄ticula scde ptis p̄ncipaliter in qua soluunt̄ incōuenientia p̄us inducta p̄tra positionē ponētiū q̄ in hac vita n̄ potest homo eē felix. continet hec particula tres p̄tes. In p̄ma excludit p̄mum icōueniēs. In scda ibi. Si āt ita. Excludit incōueniēs 2ᵐ. In tertia ibi. Quid igit̄ p̄hibz. Concludit sua3 solutionem declaratiuā de existentia felicitatis. f. q̄do ipa felicitas inest felici. In prima igit̄ pte remouz p̄mū incōueniēs q̄d fuit istō. si per infortunia superueniētia potest tolli felicitas seq̄tur q̄ ille qui ē felix poterit fieri mis̄. ⁊ ita felicitas non eēt aliquid permanēs. illud remouet ph̄s dicens. q̄ si operationes s̄m virtutes sint dñe idest habent dñium in vita que dicitur felicitas vt supra dictum est. seq̄tur q̄ nullus beatorum fiet miser p̄pter huiusmodi infortunia incidētia. Ratio huius ē. q2 p̄pter infortunia incidētia non operabit̄ felix aliqua odibilia aut mala. que sūt virtuti aut felicitati contraria. quia nos extimamus felicem tāq̄ vere bonū ⁊ sapiētem. ⁊ ideo oēs fortunas decēter feret p̄pter virtutē p̄fectā quā h3. et licet p̄pter infortunia contigentia non semp eque p̄fectas operationes operabit̄: tamē semp̄ optia operabitur s̄m q̄ sibi est possibile s̄m conditiones fortune que sibi accidit. sicut bonus dux p̄sente exercitu vtit̄ bello vt oportet: ⁊ vt melius ē scdm conditionē ⁊ vigorē exercitus: nec oportet semp̄ q̄ vincat. ⁊ vt bonus incisor ex datis sibi corijs optimum calciamentū faciet: sic felix non semp̄ faciet illud q̄d ē melius: sed quandoq3 fortuna sibi contingēte opabit̄ q̄d ē melius s̄m possibilitatē materie subiecte. optima enim dr̄ operari: non quia simpliciter optime: sed quia cōtinue optime operat̄ s̄m materiam subiectā. dux enim exercit⁹ si sit bon⁹ dato sibi exercitu maxime bellicose operabit̄ s̄m conditionem exercit⁹. magis tñ strenue operabitur si hēat milites expertos: q̄ si habeat solum inexptos. ⁊ ad bonū incisorem coriorū pertinet ex datis corijs optimum calciamentum facere. q̄d conueniēs ē fieri ex tali materia. et eodē modo felix quacūq3 fortuna sibi contigēte operabit̄ q̄d ē melius scdm possibilitate3 fortune contingentis.

Si autē ita miser q̄dem nequaq3 fiet vtiq3 felix. Neq3 vtiq3 beatus Priamicis fortunis icidet: neq3 vtiq3 varius ⁊ facile trāsmutabil̄: neq3 ex felicitate mouebit̄ facile. Neq3 p̄tigētib⁹ ifortunijs s3 a magnis ⁊ multis. ⁊ ex talib⁹ non vtiq3 fiet rursus felix i p̄uo t̄pe: sed si quidē i multo ⁊ perfecto magnorū ⁊ bonorū i ipo fact⁹ abūdās.

Hec est secunda pars huius particule in qua excludit. 2ᵐ. inconueniens q̄d fuit tale. Si per transmutationem fortune tolleretur felicitas sequeretur q̄ contingeret eundē multotiens esse miserum ⁊ felicez. istud excludit dicens q̄ si ita est: q̄ predicta ifortunia nō alterant neque attingunt substantiam felicitatis sicut dictum est: sequitur q̄ ille qui est miser nunquā per quecunq3 p̄spera aduenientia fiet felix. quia illis p̄speris male vtitur.

t sic opando viciose semp remanebit miser. nec ille qui est beatus icidet in infortunia parui. qd potest cōtingere duobus modis. vno° qz felix prudenter talia infortunia pcauebit. z° mō qz si supueniat ex improuiso decenter ea feret vt dictū est. t ita felix non erit vari° .i. variabilis nec de facili trāsmutabil vt mul tociens de misero fiat felix aut ecōuerso. non enim de facili trāsmutabit de felicitate in miseriam: nec p quecūq infortunia ōtingētia .s3 solū a magnis t multis isortunijs. t si p huius modi magna infortunia trāsmutat ad miseriā non fiet felix. rursus in pauco tpe. s3 si rursus fiat felix hoc erit in multo t pfecto tpe: in tāto .s. in quo possit fieri abundās magnoz bonorū in ipso scilicet prius existentium. ad quorum recuperationē requirit magnū temp°: qz nec virtus nec supabūdātia bonoz exteriorū acquirit in breui tpe. Sic ergo pp nullā trāsmutationē fortuitam: nunq trāsmutabit aliqs de felicitate in miseriam nec ecōuerso. Nā vt dicit seneca: Idem ē anim° felicis in diuitijs t paupertate.

Quid igit pbibz dicere felicē s3 virtutē pfectā opantez t exteriorib° bonis sufficienter ditatū nō tpe: sed pfecta in vita vsq apponendū t virtuz sit ex finitarum fm rationez: qa futuz inmanifestū nobis. Felicitatē aūt finē t pfectū ponim° oio t oimode Si ita autē: beatos dicemus viuentiuz qbus existūt t existēt q dicta sunt: beatos aūt vt homines. t quidē igit de his i tantū dictū sit.

Et est tertia pars huius pticule in qua cōcludit suam solutionē declaratiue3 de existentia felicitatis. l. q felicitas inest felici. Et est solutio q felicitas inest felici in hac vita. qd .n. phibet. q si diceret: nihil phibz dicere illū esse felicem qui opat s3 virtutē pfecta3 t hs exteriora bona sufficiētia ad opationem virtutis .s. quidē in aliquo paruo tpe. sed in vita pfecta. i. p longū tempus. vnde cū in hac vita aliqs sufficienter ditat° exteriorib° bois possit operari fm virtutē in vita pfecta .i. p longum tempus. sequit q in hac vita poterit aliquis esse felix. Si aūt volum° loq de felicitate secūdū qd eē potissimū inspiciendo ad finē felicitatis .s. ad hoc q sit pfecte felix oz q feliciter finiat vitam suam tūc attribuim° felici conditiones pus dictas. s. q opet scdz virtutē in vita pfecta. t addem° plus. s. q sit victur° virtuose: t finitur° sit secūdū rationē. vn pori descriptioni felicitat oz addere pmanentiam in opatione virtutis vsq ad finē. nā hoc ptinet ad pfectionē q pmaneat in vtute vsq ad fines. dicem° igit q felicitas est operatio, hois scdz virtutē in vita pfecta vsq ad fiē vite pmāsura: s3 huiusmodi opatio pōt cōpetere homini ig hac vita. idea felicitas pōt hoī cōpetere in hac vita. Si aūt ita. ex quo igit ita est q felicitas rqrit durationē vsq ad finem vite dicem° illos viuentiū esse felices q bus insunt pdicta bona t inerūt vsq in finez vite. t dicem° illos rē felices vt hoīes. Ex pdictis apps secūdū pbm q felicitas de qua hic intendit accipitur dupl'r. vno mō p pfecta opatione scdm virtutē in tpe longo. t tūc describitur sic. Felicitas est opatio hoīs secūdū virtutē in vita pfecta. t sic loquēdo de felicitate pōt esse certū de aliquo q est felix tali certitudine: quali certū est de aliquo q est alb° aut q sedet. Alio mō accipitur felicitas p opatione fm virtutē pfectā per totā vitam. t isto mō non est oīo certū de aliquo q habz felicitatē. potest tamen esse tāta certitudo de hoc quanta ē de cōtingēte in plurib°. nā vt in pluribus nullus mutat de felicitate in miseriā. nec est maior certitudo querenda in hac scientia q̄ ē de cōtingentib° vt i plurib°. t qui ō tāta certitudine non est cōtent° indisciplinat° est querens maiorē certitudinē q̄ natura rei recipit.

Nota q lincōn. recolligit vnā diffinitionē felicitatis ex pcedētib° t subsequentib°. d. Recollige simul ex pcedētib° t subsequētib° q felicitas est aie opatio fm virtutē pfectā cū delectatione vel non sine delectatione in vita pfecta optimū pulcherrimū delectamētum a deo datum: possessum p virtutem t disciplinā t studium t exercitationē. t ē cōissimus t non laudabile quia supra laudem. et ē honorabile t beatificabile in optima potentia aie. t fs optimā virtutē eius extra. Dubitat. vtruz homo in hac vita possit vere dici felix. videt q non qz homis abūdantez. t vitaz miserabiliter finientē null° felicitabit vt dicit hic in textu. sed ō nullo homine potest esse certū in hac vita q̄liter vitā suam finiet vez feliciter vel miserabiliter. g de nullo homine dū viuit pōt vere dici q est felix. Et si dicatur q felix non pōt fieri miser. Z Aristo. dicit hic expsse 3rinz i textu. dicit. n. q hō nō mouebit facile ex felicitate a cōtingentib° infortunijs sed a magnis t multis. Et ex talib° non fiet vtiq rursus felix in paruo tpe s3 in multo tpe. ergo possibile est hominez trāsmutari de felicitate in miseriā p multa t magna infortunia. Itez felicitas ē bonū p se sufficiēs. g adepta felicitate non amplius desiderat aliqd sed desiderium hoīs in vita ista nō pōt saciari qa hō naturaliter desiderat pmanētiaz boni qd hz. sed omnia bona humana sunt trāsitoria. ergo nūquam in hac vita faciat appetitus humanus

Iterus ad felicitatē requirit pmanētia opatiōis fz virtutē vsq ad finem vite vt dicitur in textu. sed aliqua transmutatio pōt accidere vtuoso: que totaliter impedit oēz opatioz virtutis. nam contingit virtuosum per aliquam

egritudinē incurrere inſaniam ⁊ furiam: et tunc totaliter tollit opatio ſꝫ ṽtutē. ḡ ȯ nullo in hac vita pōt vere dici ꝙ eſt felix: qꝛ pōt ante finem vite totaliter deficere ob omni opatione ſꝫ virtutē. Item felicitas eſt opatio continua qꝛ eſt maxime pmanens ſꝫ pħm hic. ſed nullus homo in hac vita pōt cōtinue opari. ḡ in hac vita nullus homo pōt eſſe felix. minor pbatur per pħm decimo hu⁹. qꝛ dicit ꝙ nullus cōtinue delectatur: quia null⁹ continue poteſt opari: ⁊ delectatio ſequitur opationem. Item felicitas eſt ſummū bonum: ſed ſummum bonū excludit omne malū. ſed in hac vita non poſſunt excludi oīa mala q̄ homini accidunt in hac vita cuiuſmodi ſunt ignorantia ex parte intellectus: ⁊ inordinata affectio ex parte appetitus ⁊ labores ⁊ defect⁹ corporales. In oppoſitū ē ibi pħs. ⁊ arguit ratione ſic. natura humana eſt dignior ceteris animalib⁹ ſed cetera animalia vt bruta in hac vita naturaliter attingūt ſuum finem. ergo multo fortius pōt homo in hac vita naturaliter attingere finem ſuum qui eſt felicitas. Dicendum ꝙ hoc nomen felicitas eſt nomē equiuocū. qꝛ vno modo ſignificat formā ſimplicem abſolutam. Alio⁹ accipit̄ p aggregato ex diuerſis rebus. Si accipiatur pro forma ſimplici: hoc poteſt eē dupliciter. ſ. vł pro habitu qui eſt actus pmus a quo nata eſt opatio pcedere. vł p ipa opatiōe que eſt actus ſecundus. ⁊ ad hoc vtroq̄ mō accipit̄ dupliciter. ſ. vel p habitu perfectiſſimo intellectuſ. vł opatione intellectus ſm habitū eius perfectiſſimū. ⁊ ſic accipitur pro habitu ſapiētie vł opatione ſapiētie. Alio modo accipitur pro habitu prudentie vel p opatione intellect⁹ ſm habitū prudētie. Si vero accipiat̄ felicitas p aggregato ex diuerſis rebus. aut ergo accipit̄ p aggregato ex omnibus bonis que exquiruntur ad bene viuere hominis. ⁊ ſic locutus eſt euſtratius ſuperius ȯ felicitate. vbi dixit ꝙ partes felicitatis ſunt bona anime ⁊ bona corporis. ⁊ bona exteriora que requiruntur ad bene viuere hoīs. ⁊ ſic loquitur boeti⁹ de felicitate i libro ſuo de conſolatione deſcribens tam ſic. Felicitas eſt ſtat⁹ omnium bonoꝝ aggregatione pfectus. Alio⁹ accipitur tm̄ pro aggregato ex habitib⁹ ⁊ opationibus aīe vt p habitib⁹ intellect⁹ ⁊ appetitus ⁊ opationib⁹ intellectus ſm habitū ſapiētie ⁊ prudentie ⁊ virtutū moralium. Alio⁹ accipitur felicitas p opatione aīe ſm virtutē includendo cū hoc durationē opationis p tēpus longū. ⁊ ſm iſtum intellectum deſcribit̄ ſic. felicitas eſt opatio hoīs ſꝫ virtutem in vita perfecta. Ad hoc accipitur felicitas p opatiōe hoīs ſꝫ virtutē includendo durationem talis opationis vſq; ad vite terminū. ⁊ in hoc ſenſu deſcribit̄ felicitas ſic. ꝙ eſt opatio hoīs ſm virtutem vſq; ad vite terminū duratura. ſꝫ qualitercūq; accipiat̄ felicitas que eſt poſſibil' homini ſm ꝙ pħs loquitur hic ȯ felicitate: oꝫ ꝙ illa felicitas quecūq; fuerit ſit poſſibilis homini in hac vita: qꝛ mortalis nullo m⁹ inē felicitaſ. Iſta ēt dubitatio introducit̄ pncipalit̄ pp felicitatem que eſt opatio vſq; ad terminū vite duratura. qꝛ de qualibꝫ opatione hōis ē incertū verum ſit duratura vſq; ad terminuꝫ vite. ⁊ etiam introducitur pp hoc ꝙ felicitas q̄ eſt ſuprema pfectio hōis dꝫ eſſe cōtinua. ⁊ ȯ nulla opatione hōis eſt certum ꝙ eſt cōtinua.

Ad euacuandū iſta dubia dico ꝙ accipiendo felicitatē ſꝫ ꝙ ſignificat idē qȯ hoc cōplexum: opatio hominis ſm virtutē in vita pfecta vſq; ad terminū vite duratura. ſic loquendo de felici denominato a tali felicitate eſt veruꝫ de aliquo in hac vita ꝙ eſt felix. non tamen eſt veruꝫ. vitate ita determinata ⁊ certa: ſicut ppō de preſenti non dependēs a futuro ē va ⁊ certa ſicut dictum eſt pus. eſt tm̄ ita veꝝ ꝙ nō eſt falſum p hoc pro quo eſt verum. nec eſt tāta certitudo de veritate huius ſicut eſt de vitate ppoſitionis de preterito poſt hanc vitaꝫ q̄ enūciant hoīem fuiſſe felicem huiuſmodi felicitate. loquendo ēt de tali felicitate h̄ ē vera felix pōt miſerabiliter finire vitam ſuam. hec tm̄ eſt impoſſibilis. felix miſabiliter finiet vitam ſuam. ſicut hec eſt vera. pdeſtinat⁹ poteſt damnari. ⁊ hec eſt īpoſſibilis. pdeſtinat⁹ dānabit̄. ⁊ loquendo de felici qui denominat̄ felix a felicitate q̄ eſt opatio hōis ſꝫ ṽtutē in vita pfecta: ſic eſt poſſibile ꝙ de felice fiat nō felix. nec eſt neceſſe imo magis eſt impoſſibile felicitatem q̄ eſt opatio eſſe ſemp cōtinuam, nā ſm pħm. 4. ⁊. 10. ethicoꝝ. null⁹ poteſt cōtīue delectari. qꝛ null⁹ pōt cōtinue opari. ⁊ delectatio ſequitur opationem. ⁊ ideo cū felicitas de q̄ loquimur ſit opatio ſequitur ꝙ nullus poteſt cōtinue eſſe felix ſm actualē opationē: q̄uis aliquis poſſit eē felix cōtinue ſecūdū habitū. vn̄ dormiens non eſt felix ſcdꝫ actū vt patet p pħꝫ in iſto pmo libro q dicit: ꝙ ſcdꝫ dimidiū vite nō differt felix a miſero. qȯ eſt intelligendū q̄tum ad actualē opationē. nec ſeq̄t opatio q̄ eſt felicitas non ē cōtinua: ergo felix poteſt multotiens eſſe miſer ⁊ ecōuerſo: qm̄ felicitas q̄ eſt opatio pōt fieri non ꝯtinua dupl'r. aut per puationē operationiſ. aut per ꝯtrium opationis felicis. ſ. per miſeriaꝫ. vn̄ felicitas diſcōtinuat̄ dupl'r. ſ. p diſcōtinuatōeꝫ opationū ⁊ per inductionē cōtrarij. ſ. per inductionem miſerie. Sciendum tm̄ ꝙ pħs nō negat ſimpliciter ꝙ ȯ felice poſſit fieri miſer. ſꝫ ꝙ ȯ difficili felix pōt fieri miſer vł ecōuerſo. Sꝫ dubitatur hic. qꝛ non videtur ꝙ felicitas poſſit accipi p habitu qꝛ pħs declarat hic ex intētione quod felicitas eſt opatio ⁊ non eſt habit⁹

Dicendū ꝙ phs declarat ex intētione ꝙ felicitas que est vltima a finis ē opō. sꝫ ñ declarat hic ꝙ hoc nomē felicitas nō significat habituꝫ imo Lincoñ. ⁊ etiam Albertus dic̄ ꝙ felicitas pōt accipi pro actu vel pro habitu. dic̄ enī lincoñ: loquens de pmanētia ⁊ ɔtinuatione felicitatis ꝙ studiosus nō deficit ab operādo sꝫ virtutē in sūmis aduersitatib⁹ nō.n.p has impedit̄ ab opari fm vtutem. decidet tamē p magnas aduersitates a felicitate polytica q̄ ē opō fm virtutes polyticas non tamē decidet ab ipis virtutib⁹ polyticis cum sint habitus animi a vtutibus aūt speculatiuis ⁊ eaꝝ operationib⁹ nō cogunt decidere aduersitates. quia propter neqꝫ a felicitate simpliciter sed magis occasionē pstant. ⁊ velut quandam compulsionem ad maiorem felicitatē. hec lincoñ. et fm hoc patꝫ ꝙ felicitas polytica. potest acipi fm actum uel fm hitū. ⁊ eodem modo videat̄ ꝙ felicitas speculatiua possit accipi fm habitū ⁊ fm actum. ⁊ ad hoc videt̄ esse rō talis. non enī videtur ꝙ aliquis denomiētur fm nomē ab operatione sꝫ ab habitu. imo fm participium denominatur aliquis ab actuali operatione. non ei dr̄ aliquis operator uel operati⁹ ab operatione sꝫ ab habitu qui est principium operationis. ⁊ denominat̄ operans ab operatione Dicitur etiam aliquis legens a lectōne ⁊ lector ab habitu uel a facultate legendi. vñ iductiue pꝫ in omnibus ꝙ nihil denominatur fm nomē denominatiuū ab actuali opatione. ⁊ iō dō co ꝙ homo magis dicitur felix ab hitu qui ē pncipiū opationis q̄ȝ ab actuali opoē. vñ felicitas est equiuocū ad opationē ⁊ ad habitū. ⁊ a felicitate que est hitus denominat̄ aliquis felix ⁊ magis ppe q̄ȝ a felicitate que est opatio Aliter non possit hec esse vera. felix dormit. qꝛ qui dormiēs nō hēt perfectam operationem intellectus. in qua tñ consistit felicitas que ē finis ultimus humanꝫ. Ad pmā rationem dicēdum est ꝙ loquendo de felicitate que includit operationē sꝫ uirtutē vsqꝫ ad terminū vite sic est veꝝ quod dicit phs. s. ꝙ hoīs abūdātem ⁊ miserabiliter finientē null⁹ felicitabit. hoc est denominabit felicē a felicitate: q̄ ē opatio includens durationē vsqꝫ ad terminū vite. tñ talis pōt dici felix ab habitu felicitatis potest enim habitus permanere vsque ad finem vite quamuis opatio non permaneat.

Ad aliud dicēdū ꝙ felicitas est bonū per se sufficiens fm appetitū ⁊ ratione regulatū. ⁊ iō adepta felicitate nihil ampli⁹ est desiderādū quātū ab hoīe q̄ cadūt sub appetitu rōe regulato. Appetit⁹ aūt felicis rōe regulat⁹ nō desiderat pmanentiā eternā. sed solū desiderat viuere fm possibilitatē nature. ⁊ quoqꝫ felix ē rex appetitu regulato rōe volūtarie expōit se morti pro bono cōi. Ad aliud dicendū ꝙ loquēdo de felicitate q̄ includit durationē opationis fm virtutē vsqꝫ ad finē vite: sic non contingit dicere certitudinaliter. qꝺ est felix certitudine infallibili. tñ verū est dicere determinate de aliquo ante mortem ꝙ est felix sꝫ ꝙ determinata vitate excludit actu solū falsitatem p illo instanti in quo est veꝝ non tamē fm ꝙ excludit possibilitatē ad falsitatē p eodem instanti fm ꝙ dictū est supra. Et qñ arguitur de illo qui incurrit insaniā vel furiā ꝑus feliciter viuens. rñdet̄ ꝙ felicitas de qua loquimur ē felicitas in vita humana q̄ est fm rōnem. sed deficiente vsu rōnis deficit talis vita. vñ q̄ demens vel furiosus effectus est: mortu⁹ ē quātum ad vitam humanā. Ideo idē est dicendū de eo qui pmansit in opatione virtutis vsque ad demētiam: sicut si pmansisset vsqꝫ ad mortem. Ad aliud tñ dicitur ꝙ felicitas ē opatio cōtinua: dico ꝙ verū est loquēdo de felicitate q̄ est opatio. ⁊ cōcedo ꝙ null⁹ pōt ɔtinue per totā vitam esse felix loquēdo ō felicitate q̄ ē opatio pōt tñ aliq̄ opatio vtutis vt speculatiōis vitatis pmanet̄ vsqꝫ ad mortē. ñ tñ potest ē cōtinua p totā vitā. Ad aliud qñ dicitur ꝙ summū bonū excludit omne malū. dicēdū ꝙ summū bonuꝫ extra genus excludit oē malum ⁊ illud est summum bonum per se subsistens. s. deus gloriosus. eñ summū bonū in genere vel specie non oportet ꝙ excludat omne malū. vnde felicitas de qua loquimur non est summū bonū simpliciter et extra genus sꝫ est summū bonum humanoꝝ: ⁊ hō est esse summū bonum in genere vel specie. Capl'm tertium tractat⁹ tertij libri primi. quo soluitur secunda ps. s. questionis principalis qnte que ē: an felicitas inest hoī. cuius prima ps iam est determinata. s. an felicitas inest hoī in hac vita. ⁊ scdā ps restat soluenda. s. an mortuis post hanc vitam insit felicitas. ⁊ hec ps soluit̄ declarando qualiter fortune bone ⁊ male amicorum redundēt in amicos viuos ⁊ mortuos: hoc est v̄ tam pꝫ euentus fortuitos vnius amici erāsmittet̄ alter aicoꝝ de felicitate i miseriā vl ecōv̄so

Pronepotū aūt fortūas. ⁊ aicoꝝ oīum nequaꝗ̄ qdē confere valde inamicabile videt̄ ⁊ opionibꝫ cōtrariuꝫ. Multa aūt ⁊ oimodas habētibus differētias accidētibus: ⁊ his qdē magis redūdantib⁹: his aūt minus: sꝫ vnūquodqꝫ qdem diuidere lōgū ⁊ infinitū videt̄. vniuersalr aūt dictū ⁊ typo forsitā vtiqꝫ ⁊ sufficienter hēbit. Si vtiqꝫ quēadmodū ⁊ circa ips fortunaꝝ: hec qdē hīt: aliqō pondus ⁊ auxiliū ad vitam: hec aūt leuiores uidet̄: ita ⁊ q̄ circa aicos ⁊ filios oēs.

Istud ē 3⁹ ca⁹ tractatus. 3ꝫ. libri primi quo soluit̄ sa ps. 5. qōis principalis q̄ntis qñ felicitas iest hoī. ⁊ hec sa ps dicte qōis. utꝫ felicitas inest mortuis uł nō. ⁊ ɔtiet istud

Hec est tertia pars pncipalis huius capituli in qua qr dictum est qꝫ virtus generatur ex bonis operationibus. ⁊ vitiū ex operationibus malis cōcludit qddā documentū in moralibus obseruandū. ⁊ ē qꝫ non paꝝ differt qꝫ aliquis a iuuētute assuescat se bene operari vel male. ⁊ hec est cōclo. 4. q̄ pbat̄ sic non parum imo multum differt qꝫ aliqs fiat bonus vel malus. sed ex hoc qꝫ aliqs assuescat se a iuuētute bene operari fit bonus. ⁊ ex hoc qꝫ assuescat a iuuētute male operari fit malus ergo non paꝝ imo multū differt. qꝫ aliquis assuescat se a iuuētute bene operari vel male. li coñ. sic dicit. A iuuētute. qr passiones in etate vix aut nūqꝫ moderamē suscipiūt. dic̄ ergo phs qꝫ oꝫ studiuꝫ adhibere q̄les opationes qs qꝫ faciat. ⁊ hꝰ ē documētū obseruādū in actibus humanis: ⁊ cāꝫ huius assignat. ⁊ est qr fꝫ drāꝫ operationū diuersificātur ⁊ habit⁹. ⁊ ex his infert cōclusionē. d. qꝫ pp hꝰ nō paꝝ differt a iuuētute assuesci sic vel sic. sꝫ multū ⁊ ā tota vita sequēs pēdet ex eo qd̄ in etate iuuenili facere cōsueuimus. Hic occurrunt 4. dubia.

Primū est vtꝝ virtutes morales insint nobis a natura. 2ᵐ est vtrū virtus moralis insit nobis ex operationibus nr̄is. Tertia dubitatio ē. vtrū virtus moralis possit generari ex vnica operatiōe. 4. dubitatio ē. vtꝝ virtus moralis possit nobis acquiri ex opationibus interioribus absqꝫ opationibus exterioribus. Ad pmū dubiū arguitur. videt̄. n. qꝫ virtutes morales insint nobꝫ a natura. qr virtutes morales sunt nobꝫ necessarie ad cognoscendū finē vltimū vt pꝫ p phm. sꝫ natura nō deficit in necessarijs: g insunt nobis a natura.

Cōfirmat̄ qr virtutes morales sunt inchoatę a natura sed natura nō inchoat aliqd qd̄ pficere nō pōt. ergo virtutes pfecte possunt esse a natura. Itē quicquid inest hōi ab eo qd̄ est a natura inest hōi a natura. qr quicquid est cā cause ē cā causati. sꝫ virt⁹ moralis inē hōi ab appetitu ⁊ rōe. sꝫ rō ⁊ rō q̄z appetit⁹ insunt a natura. ⁊ sunt nature nr̄e. g vtus moralis inē hōi a natura. Incōtrariū arguit̄ sic: pp illa q̄ insunt a natura nec laudamur nec vituperamur. sed propter virtutes morales laudamur ergo ⁊c. Dicendum qꝫ eē a natura seu naturale q̄ntū spectat ad ppositū pōt intelligi dupliciter. vno m̄ sꝫ qꝫ naturale distinguitur ɔ voluntariū. Alio m̄ sꝫ qꝫ distiguit̄ ɔ violētum. pᵒ modo dico qꝫ virt⁹ moralis nō ē totaliter a natura. qr ad pfectionē vite moral' requirūt̄ operatiōes volūtarię q̄ nō sunt naturales distinguēdo naturale ɔ volūtariū. qd̄ pꝫ ex hꝰ qꝫ ois vtus moral' ē habitus electiu⁹. ⁊ p ɔn̄s ois vtus moral' quātū ad suū esse cōpletū ē ex electione. ⁊ oē tale ē volūtariū. ⁊ p ɔn̄s nō est cōplete a natura distiguendo naturā ɔ volūtarium. 2ᵒ dico qꝫ ois vtus moralis ē a natura distiguēdo naturā ɔtra violētū. qd̄ pꝫ qr in appetitu ē q̄dā natural' inclinatio ad bonū. scito eaim p rōnm qd ē bonum. ⁊ quid appetibile. ⁊ quid malū. ⁊ quid fugibile. stati appetit⁹ tēdit in bonū ⁊ refugit malū. qd̄ pbat. Auicena p qddā exprimentū qd̄ est tale in solo hoīe obe

unte pueritia ē verecūdia de turpitudīe ꝛ glīa de honestate que nō pcedit nisi ex inclinatiōe naturali appetit⁹ in bonū honestū. dico ergo ꝙ virt⁹ moral' ē ichoatiue ꝛ s3 aptitudinē a natura distīguēdo naturā ꝫ violētiā. q2 vt⁹ moralis ē ex iclinatiōe nature. ꝛ sic nō inest p violentiā. ꝛ vtus moral' nō cōplete inest a natura distīguēdo naturale ꝫ volūtariū q2 vt⁹ moralis cōplet' p opōnē3 volūtaria q2 p electōe3 q̄ ē opatio voluntaria. Ad pmum ī ꝫriū dō ꝙ q2 vtutes morales sūt nobis necessarie ad ꝯsequendū finē vltimū iō natura puidit suffi cienter eis p q̄ possum⁹ deuenire ad vtutes morales q2 a puidit nobis itellectu3 ꝛ rōnē ꝛ cetera organa p q̄ hō rōcinādo ꝛ opādo sibi in necessarijs poterit puidere p q̄ possimus acquirere nobis morales vtutes p q̄s poterim⁹ ꝯuenire ad finē vltimū. Ad formā cū dicit' ꝙ natura nō deficit in necessarijs ꝯcedo sub h intellectu ꝙ natura n̄ deficit i necessarijs sic ꝙ prouidet oīa necessaria imediate vl' mediate. s. puidēdo pncipia ꝛ cās qb⁹ mediātib⁹ pōt sibi ō oīb⁹ necessarijs puidere. Ad ꝯfirmatiōē dico ꝙ natura nō īchoat aliqd qd ꝑficere non pōt mediate vl' imediate. Ad aliud. rō bene ꝯcludit ꝙ virtutes īsūt nobis a natura distīguēdo naturale ꝫ violētū q2 tā aperiens q̄ rō īsūt nobis a natura distīguēdo naturā ꝫ violentū sed nō segtur ꝙ īsit nobis a natura ꝯplete distīguendo naturā ꝫ volūtariū. Ad rōe3 in oppositū dicēdū ꝙ ppter illa q̄ insunt nobis a natura ꝯplete nec laudamur nec vituperamur iō ꝛc. 2ᵐ dubiū vtr3 virt⁹ moralis generet' ex opatiōib⁹ nr̄is. arguit' ꝙ n̄. q2 si sit sic ꝙ generet' ex opatiōib⁹ pcedētib⁹ virtutē s3 h ē ipossibile q2 vt⁹ ē pfectior opōib⁹ pcedētib⁹ vtutē. ꝛ magl pfectū n̄ generat' ex min⁹ pfecto. nā effect⁹ n̄ excedit cām suā in pfectiōe. g̃ ꝛc. ꝙ aūt vt⁹ sit pfectior opatiōib⁹ pcedētib⁹ vtutē p3. q2 vt⁹ pducit opatiōes sequētes vtutē q̄ s' pfectiores q̄ opatiōes pcedētes. g̃ vt⁹ ē pfectior q̄ opatiōes pcedētes. Oppositū determinat hic phs. Dicēdū ꝙ sit sicut pbat phs. intelligēdū tn̄ ē ꝙ opatiōes appetit⁹ sensitiui nō sunt totaliter cā vtutl moral. s3 recta rō dirigēs ꝛ regulās opatiōes appetit⁹ sensitiui sl' cū opatiōib⁹ appetit⁹ generāt vtutem moralē. vñ ex hoc ꝙ multotiēs agim⁹ s3 rōnē rectā fit q̄dā ipressio ī vi appetitiua cōformis recte rationi. ꝛ hec ipssio ē virt⁹ moral' q̄ n̄ ē aliud q̄ inclinatio iclinās appetitū in illud quod iudicatū ē a recta rōne eē ꝓsequēdū. Ad rōnē ī ꝫriū dico ꝙ opatio pcedēs vtutē moralē est ipfectior q̄ vtus. ꝛ iō nō ē total' cā ei⁹ nec ē incōueniēs cām pciālē eē ipfectiorē suo effectu.

Tertia dubitatio. vtru3 virtus moral' possit generari ex vnica opatiōe. videt' ꝙ sic. q2 aliqs pōt fieri malus ex vnica opōne ṫn̄. g̃ ca dē rōe ex vnica opōne pōt aliqs fieri bon⁹ ꝛ vtuos⁹. Itez ex vnica opatione pōt generari habitus intellectualis. s. scia ergo ꝛ moralis ꝯña p3. q2 difficili⁹ ē acqrere hitū scie q̄ hitū vtutis vt manifestū est de se. ergo si hitus scie pōt acquiri p vnica3 opatōē. mlto forti⁹ hitus vtutis pōt acquiri p vnicā opōnē3. ꝛ sic p3 cōsequentia ꝛ añs pbat' p h ꝙ demonstratio est actus rōnis. s3 per vnicā demōstrationē3 pōt aliquis acquirere sciam que est vtus itellectualis. ergo p vnicā opationē pōt acquiri virtus moralis. Itez tātū pōt fieri per vnicā opōnem intēsam quātū pōt fieri p plures opōnes remissas vt manifestū ē de se. s3 per plures opōnes remissas pōt generari vtus moralis. ergo p vnicā opationē itēsa3 pōt generari vt⁹ moral'. Confirmat' ad h ꝙ aliqs ē i triāglo l' i q̄drāglo magis dispositu⁹ ad virtutē moralē q̄ ali⁹ sed q̄to aliquis ē magis disposit⁹ ad aliq̄ formā tāto paucioribus opatiōib⁹ pōt illā formā acqrere. ergo si ille q ē i q̄drāglo min⁹ dispositus pōt acqrere vtutē p .4. opatiōes seqt' ꝙ ille q ē magl disposit⁹ in q̄drāgulo pōt p vnicā opationē acqrere vtutē. Itez non videt' ꝙ plures opatiōes reqrāt' ad generatiōē vtutis nisi q2 vt⁹ est habit⁹ cōsuetudinal' ꝛ cōsuetudo reqrit plures opatiōes. sed istud nō videt' vez. q2 appetit⁹ sensitiu⁹ n̄ pōt assuesci ad bonū. qd p3 q2 p phm 3º de aīa. appetit⁹ sensitiu⁹ ꝛ appetit⁹ intellectiu⁹ naturaliter sunt ꝯrij. nā appetit⁹ itellectiu⁹ naturaliter appetit bonu3 verū ꝛ appetit⁹ sensitiu⁹ naturalr appetit bonū apparēs. s. bonū sēsibile. s3 ad illd qd ē ꝫ naturā nō pōt aliqd assuesci. ergo appetit⁹ sensitiu⁹ nō pōt assuesci ad bonū. ꝛ p ꝯñs hō nō potest fieri bon⁹ p assuefcionē ꝛ per ꝯñs vt⁹ non acqritur per assuefcionē. In oppositū videt' esse phs qui dicit h ꝙ virtus moral' acquirit' p morē hoc ē per cōsuetudinē. ꝛ iō h3 nomen parū declinās a more sed cōsuetudo requirit plures operatiōes ergo ꝛc. Dicēdū ꝙ si ad generatiōē virtutis moral' requirat' opatio exterior: tn̄ manifestū est ꝙ ad generatiōē virtutis moralis necessario requirit' act⁹ interior. s. actus volūtatis. manifestū ē ergo ꝙ ad generationē virtutis moral' necessario requirātur plures opōes. s. iterior ꝛ exterior. ad istū tn̄ itellectū n̄ inducit' dubitatio. s3 dubitat' vtr3 virt⁹ moral' semp generet' ex opatiōib⁹ illub⁹ mltiplicatis vt ex plurib⁹ opatiōibus iterioribus l' ex pluribus exteriorib⁹ l' ex vtrisq3 multiplicatis mihi videt' ꝙ si virt⁹ moralis debeat generari ex suo cōtrario ita ꝙ hñs viciū oppositu3 virtuti debeat fieri virtuosus ꝙ necessario requirūtur plures opationes. q2 tota inclinatio habitus virtuosi ad malū nō pōt subito tolli sed successiue p plures opatiōes. Si vero loq̄mur ō generatiōe virtutis moral' non ex ꝯrio

quõ generari inuenit qui nūquā fuit sub vitio sic dico q ad generationē virtutis requirunt plures operationes precedentes vltimā inductionē virtutis disponentes ad virtutem. et ad eius firmitatē et immobilitatē. vnica tamen operatio vltio inducit virtutē. sicut vltima gutta cauat lapidē. et guttę precedentes mollificant et disponunt lapidē ad cauationē. Et si queratur si prima operatio disponens ad virtutē aliquid ipsius virtutis inducit: aut nihil. Si aliquid cū virtus sit indiuisibilis vt patet ex. 7. phisicorum sequitur q tota virtus inducitur per primā operationē. Si detur q nihil virtutis inducitur per primā operationē. ergo subiectū est eque dispositū post primā operationē sicut fuit ante. et tunc querendum est de secunda operatione aut aliquid inducit aut nihil. Si aliquid. ergo tota virtus inducitur per secundā operationē cū virtus sit indiuisibilis. Si nihil inducitur tunc subiectū remanet eque indispositum. et sic nunquam generabitur virtus per operationes. Dicendum q prima operatio aliquid virtutis inducit sed nullā partem virtutis inducit sed inducit dispositionem ad virtutē et secunda operatio inducit maiorē dispositionē que tamen non est pars virtutis: et per vltimā operationem inducitur tota virtus subiecto. Pro rationibus sciendū q in appetitu sensitiuo inuenitur triplex difficultas ad susceptionē virtutis. prima difficultas competit sibi ex natura sua inquantū naturaliter inclinatur in bonū secundū sensum per quā inclinationē habet repugnantiā ad bonū secundum rationem in quod virtus moralis inclinat. Secunda difficultas competit sibi ex delectatione connutrita a qua virtus habet attrahere. Tertia difficultas potest esse ex dispositione derelicta in ipso ex actibus vitiosis. et hec difficultates remittuntur aut omnino tolluntur per operationes bonas precedentes generationē virtutis. Ad primū principale dicendū q per interemptionē assumpti. non. n. fit aliquis malus malicia opposita virtuti morali seu consuetudinali per vnā operationē tantum. imo necesse est ad hoc q generetur habitus malus q precedant plures operationes male. Ad aliud dicendū q demonstrationem que facit scientiā in intellectu precedunt multe cognitiones virtutum sensitiuarum. quia ex multis sensationibus fit vna memoria et ex multis memorijs fit vnū experimentū et experimentū est principium artis et scientie vt patet primo metaphisice et ita vna demonstratio non facit scientiā nisi precedant plures cognitiones sensitiue. et sic vna operatio vltimo inducit virtutē precedentibus tamen pluribus operationibus bonis disponentibus ad virtutē. Vel pot dici q non est simile de habitu intellectuali et morali: quia in intellectu non est difficultas ad recipiendū scientiā. et ideo per vnā demonstrationem sufficienter determinatur ad assentiendum conclusioni. sed non est sic de appetitu sensitiuo qui ex natura sua inclinatur in bonū secundum sensum per quā inclinationē habet quandā difficultatē ad inclinandum in bonū secundum rationem. Ad aliud dicendū q vna operatio non pot tamen crescere per intensionē q sit equalis virtutis in determinando potentiā et ad producendū virtutē cū operationibus multiplicatis. Vel pot dici q vna operatio intensa pot in productionē vltimā virtutis. et hoc probat ratio. Ad confirmationē dico q quia diuerse difficultates sunt in appetitu sensitiuo et multe circumstantie requiruntur ad recipiendū virtutē et inclinandum in bonū rationis vt visum est. ideo requiruntur plures operationes bone ad generationē virtutis in appetitu. Ad formā rationis dico q quanto aliquis est magis dispositus ad aliquā formā tanto per pauciores operationes pot illā formam acquirere si illa forma sit nata acquiri per operationes eiusdem rationis remouentes prohibentes et inducentes formā. sed non est sic in proposito. et ideo non sequitur. aliquis per. 4. operationes pot acquirere virtutē. ergo ille qui est magis dispositus in quadruplo pot per vnā operationē acquirere virtutem quia ille. 4. operationes que remouent diuersas difficultates appetitus sensitiui non sunt omnino similes nec eiusdem rationis. Ad aliud dicendū q licet appetitus non possit assuesci contra naturam suā per quā appetit sibi delectabile pot tamen assuesci ne moueatur secundum appetitū suū ad consequendum illud delectabile. et hanc potestatem habet intellectiua super sensitiuā naturaliter. pars. n. intellectiua nata est mouere suo motu sensitiuā et omnes vires inferiores et non econuerso: sicut spera suprema nata est mouere suo motu speras inferiores et non econuerso. vt expresse dicit philosophus 3. de anima. capitulo de mouente. Sed ex quo plures operationes requiruntur ad generationē virtutis. Dubium est vtrum numerus operationū requisitarum ad generationē virtutis sit determinatus apud naturā vel non et videtur q sic. nā sicut apud naturam determinatū est q gutte cadentes super lapidē sufficiunt ad cauationem lapidis sic videtur q apud naturā determinatū sit quot operationes sufficiunt ad firmādum dispositionem. ita q fiat firma quasi immobilis. et si hoc tunc determinatum est apud naturā quot operationes bone sufficiunt ad generationē virtutis. cū virtus non videatur esse aliud quam quedā imobilitas dispositionis. Dicendū q numerus operationū sufficientiū ad generationē virtutis determinatus est apud naturā. ille tamen numerus non est vnus et idem apud omnes homines imo diuersificatur secundum diuersitatem naturarum operationū. In quibusdam enim pot firmari dispositio vel virtus acquiri per pauciores operationes in quibusdā necesse est esse plures. et secundum hoc diuersificatur numerus bonarum operationū requisitarum ad generationē virtutis apud diuersos. 4[m] dubiū est. vtrū virtus moralis necessario generetur ex operationibus exterioribus vel sufficiunt interiores. s. operationes volūtatis ad generādū virtutē. et videtur q operationes volūtatis sufficiant quia ab eo ge-

netur ca° p̄mo ti. scd̄i ibi. Post hoc aūt. ⁊ solui-tur c° 2° eiusdē tractatꝰ ibi. Oz aūt non solum ꝙ virtus moralis est habitus electiuꝰ in me-dietate ꝯsistēs quo ad nos determinata rōne vt sapiens determinabit. Questio. 6. q̄ sunt virtutes morales. hoc est que sunt species v-tutis moralis. mouet̄ ⁊ soluit̄ ca° p° 3. t. ibi. Oz aūt non solū vniuersaliter. In quo determinat̄ d̄ v-tutibus ponēdo species virtutis moralis ost-dendo etiā ꝙ dicta diffinitio virtutis cōpetit ⁊ tribz morali virtuti. Qō .7. quid contra-riatur virtuti. mouet̄ ⁊ soluit̄ c° 2° t. 3. ibi. Tri-bus aūt dispositionibꝰ. ꝙ virtuti morali ꝯtriā-tur duo vicia inter q̄ virtus ē medietas. Qō .8. qualiter hō pōt fieri virtuosus mouetur ⁊ soluitur. 3° ca° tractatus tertij ibi. Qm̄ q̄dē igi-tur est virtus. ponendo tria documenta ad h̄ primum ꝙ primo debet recedere a vicio quod maxie est ꝯtrarium virtuti. 2ᵐ documētū ē ꝙ p° debet moueri ab illo vicio ad qđ est maxie natus moueri. 3ᵐ est ꝙ inter oīa maxie cauen-dum est a delectationibus ⁊ concupiscentijs.

¶ Incipit scd̄s liber Ethicoꝝ.

Uplici autē virtu-te.

Incipit liber secūdus de vir-tutibus moralibꝰ p̄ quas pos-sumus ad finē vltimum puenire cōtinēs tres tractatus. Primꝰ est de causis ef-fectiuis virtutū. 2ᵘˢ ibi. Post hec aūt. est d̄ q̄-ditate virtutis. 3ᵘˢ ibi. Oportz aūt non solum vniuersaliter. est de speciebꝰ ⁊ opatione virtutis et documētis qualiter hō poterit fieri virtuosꝰ. Tractatꝰ p̄mus cōtinet. 4. capitula. In p̄mo re quirit̄ ⁊ determinat̄ a quo est virtus moral' q̄tum est ex opationibꝰ nostris. In 2° ibi. qm̄ igit̄ p̄ns negotiū. ingritur ⁊ determinatur qū 2. s. quales sunt opationes ex quibus generat̄ virtus. In tertio ibi. Signum aūt oz. soluitur tertia qō q̄rēs circa q̄ ē virtꝰ moral'. In. 4. ibi Queret vtiqz aliquis. mouet̄ ⁊ soluitur qō. 4. s. q̄liter virtus generat̄ ex opatiōibꝰ v̄tuosis

Uplici aūt existente v̄tute hac quidem intellectuali:

hac aūt morali. ea quidē q̄ intellectua-lis plurimū ex doctrina hz ⁊ generatonē ⁊ aug-mētū: iō expimēto īdigz ⁊ tpe. moral' v° ex mo-re fit vñ ⁊ nomē habuit parū ḋclināns a more.

Istud est p̄mū caᵐ p̄mi ti. libri. 2. in q̄ de-terminatur qō p̄ma huius libri. s. a quo ē virtus moral'. ⁊ cōtinet tres ptes p̄ncipales. In p̄ma narrat ꝙ duplex est virtus. s. intelle-ctualis ⁊ moralis ⁊ a quibus vt plurimū gene-rantur. In scd̄a ibi. Testātur aūt. declarat a ꝙ-bus siūt ⁊ corūpūtur v̄tutes. In tertia ibi. ꝓp qđ optet. cōcludit ex p̄missis vnū documētuz in moral' hīs obseruādū. p̄ma ps cōtinet du-as pticulas. In p̄ma narrat ꝙ duplex est vir-tus ⁊ a quo vtraqz vt plurimū hz generatiōz ⁊ augmentū. In scd̄a ibi. Ex quo manifestū est declarat̄ ꝙ nulla virtꝰ moralis inest nobis a natura. In p̄ma igit̄ pticula narrat ꝙ cū du-plex sit virtus hūana. s. intellectualis ⁊ mora-lis: ea q̄ intellectualis est vt plurimū hēt gene-ratiōez ⁊ augmentū ex doctrina. et iō acqui-sitio virtutis intellectual' indiget expimento ⁊ tpre. s; v̄tus moralis generationez ⁊ augmē-tū hz ex more. i. cōsuetudine. ⁊ ideo nomē ha-bet parum declinās a more. Intelligēdū ꝙ virtus itellectualis ordinat̄ ad cognitionem que magis acquirit̄ in nobis ex doctrina q̄ ex inuentione. plures. n. sunt qui addiscunt q̄ qui p̄ se inueniūt. ⁊ plura didicimꝰ ab alijs q̄ sci-mus ex ꝓpria inuentione. ⁊ q2 oīs cognitio no-stra ortum hz ex sensu: et ex multociēs sentire aliquid fit expimētū. iō virtus itellectualis indiget expimento longi tpis. iō dicit ph̄s ꝙ virtus itellectualis p̄mū ex doctrina hz gene-ratione ⁊ augmētū: iō experimēto īdiget ⁊ tē-pore. sed v̄tus moralis fit ex more. i. cōsuetu-dine. Eustratius videt̄ h̄ ponere dr̄az int̄ morem ⁊ experiētiam q̄ talis est: ꝙ mos est re-spectu ꝓpriorū opationū: ⁊ experiētia respe-ctu opationū alienorum. Lincon̄ dicit ꝙ si fit res q̄ non solum scitur seu habet̄ ex doctri-na sed ex opatione indiget experientia hoc est ꝓprie opationis frequētia ⁊ alienarū opatio-num obseruatione. hec lincon̄.

Ex quo

et manifestū q̄m neqz vna mo-ralium virtutum natura no-bis insit. Nullū. n. natura existentiū aliter as-suescit. puta lapis natura deorsum latus non vtiqz assuescit sursum ferri: neqz si decies mil-lies assuescat quis eum sursum iaciens. neqz ignis deorsū: neqz aliud aliqđ eorū q̄ aliter in-nata sunt aliter vtiqz assuescet. Neqz igit̄ natu-ra neqz preter naturā insunt virtutes: sed in-natis quidē nobis suscipere eas: perfectis au-tē per assuetudinem. Ad hec q̄cunqz nobis na-tura quidē adueniūt: potētias horū primo fe-rimꝰ. postrrius aūt opationes horū reddimꝰ qđ in sensibus maifestū. Non. n. ex multotiens videre aut ex multotiens audire sensus accipi-mus: sed ecōuerso hātes vsi sumus: nō vten-tes habuimus. v̄tutes aūt accepimꝰ opantes prius: quēadmodū ⁊ in alijs artibus. Que. n. oz discentes facere hec faciētes discimus: pu-ta edificātes edificatores fiūt: ⁊ cytharizātes cythariste. sic autē ⁊ iusta q̄dē opantes iusti ef-ficimur: tēpata aūt opantes: fortia vo fortes.

Hec est. 2. pticula prime ptis in qua pbat primā cōclusionē huiꝰ libri q̄ est ista ꝙ nulla virtꝰ moralis inest nobis a natura. que pbatur dupl'r. primo sic. nihil eoꝝ q̄ sunt a na-tura variat̄ ꝓpter assuefactionē. sed oīs vir-tus moralis variat̄ ꝓpter assuefactionē. g tē

moralis de virtutib⁹ est duplex finis. Unus immediatus. et ille ē scire quid est virtus et qualiter acquirit. et sic de aliis tradiris in illa scientia. Alius ē finis mediatus et ultim⁹. et ille est operari s3 q3 illa scientia docet. et sic operari s3 q3 illa scientia docet ē simpliciter melius q̄ scire illa q̄ scientia docet tunc est practica scientia. vn̄ in quibuscūq3 scientiis meli⁹ est operari ea q̄ docentur q̄ scire ea illa scientia est practica et aliter non. et hoc est generale documētum ad cognoscendum que scientia est practica. et q2 melius est operari s3 virtutem q̄ scire quid est virtus: iō scientia de virtute est practica.

Secundum

rectā quidez ergo rationem operari cōe: et supponatur. dicetur. n. posteri⁹ de hoc et quid est rō recta et q̄liter se habz ad alias virtutes

Hec est. 2. particula prime ptis in q̄ narrat quid oportet in ista inq̄sitiōe de virtutibus supponere: et est q3 opatio s̄m rectam rationē causat virtutem. et hoc est comune cuilibz virtuti morali. s. q3 cātur per opationem factaz secūdū rectā rōnē. quid aūt sit rr rcta et qualiter se habeat ad alias virtutes dicet̄ posterius. s. 6⁰ hui⁹. Eustratius dicit hic sic. recta ratio ē prudētia existens determinatr opationes: ea q̄ s3 morales virtutes et mensuram ipsis iponit. cū igitur recta ratio sit mensura ponens mediū inter superabundantiam et defectum. et bonum uniuscuiusq3 rei consistat in hoc q3 fiat s3 debitam mensura: sequit̄ q3 opationes p quas homo fit bonus. et per cōsequēs virtutes causantur sicut operatiōes secundū rectam rationem.

Istud

aūt precōfessum sit qm̄ oīs qui d̄ operabilibus est sermo typo et nō secundū certitudinem debet dici quemadmodum et in principio diximus: qm̄ sermones sūt expetendi s3 materiā. Que aūt in opationib⁹ et que cōferētia nihil stans hn̄t queadmoduz neq3 sana. tali autē existente universali sermone. Adhuc magis qui de singulis ē sermo non habet certitudinez. Neq3. n. sub arte neq3 sub enarratiōe aliqua cadit. oportet aūt ipsos sē per opantes ea que ad tempus intēdere: quēadmodū in medicinali habet et in gubernatiua. Sed quāuis existente tali presente sermone tentandum auxiliari.

Hec tertia particula p̄me partis i qua ponit mōz pcedendi in hac inquisitiōe et intendit. q3 sermo de operationibus humanis non ē certitudinaliter s3 figuratiue et exēplariter dicendus. et hec est cōclusio. 6. quā phs sic pbat. sermones in unaq̄q3 scia et arte sūt dicēdi et inquirendi secundum materiaz subiectā ut dictum est prius multotiens. sed materia circa quā est hec scientia ut opationes humane et bona exteriora que utilia sunt ad finez ultimū sunt variabiles et non habent omnimodam certitudiem: sicut accidit in opationibus medicinalibus que sunt circa sana quia et dispositio corporis sanandi et res que assumunt̄ ad sanandum multipliciter variant̄. et p3 ons sermo de operationib⁹ humanis non debet esse omnino certus sed figuratiue et exēplariter dicendus. etiā sermo universalis in talibus non habet certitudinez. cū igit̄ sermo universal' non habeat in talibus omnimodam certitudinem multo minus sermo d̄ singulis in particulari. est enim incertus non habens omnimodam certitudinem. opationes enim et circūstantie singulares eo q3 sunt incerte et quasi infinite neque sub arte neq3 sub aliqua enarratione cadere possunt. quia non possumus habere de eis certam regulam. oportet enim q3 omnis operans inspiciat ad temporis oportunitatem quemadmoduz facit sapiens medic⁹ et nauis gubernator. his enim maxime necessarium est ut varietates temporum considerent. unde habens prudentiam potest dirigere operationes suas in tēpore oportuno. s3 quāuis sermo in universali sit incertus tamen temptare debem⁹ ut super aliquod auxiliuū hominibus conferamus per quod in suis operationib⁹ dirigātur. Notandum sup e hoc qd̄ dicit phs. q3 ea que sunt in operationibus humanis tē. dicit eustratius. q3 diuersificantur s3 temp⁹ ut in tempore calido et frigido est aliter et aliter opandum. Et etiam variantur pp̄ter psonas aliter enim est operandum circa amicos et aliter circa inimicos. Item s3 fortunas diuersificantur. aliter enim in infortuniis et aliter et in bonis fortuuis est operandum. et etiam s̄m etatem diuersificantur. bona etiam et utilia diuersificantur diuersis modis. non enim sunt eadez bona omnibus. nā habentib⁹ rectum appetitū sunt aliqua bona que nō sunt bona habentibus appetitum peruersum.

Primū

igitur hoc speculādū qm̄ talia innata sunt ab indigentia et superabundantia corrupi. oportet. n. de imanifestis manifestis signis et testimoniis uti queadmodū in fortitudine et sanitate videmus. Superabūdātia. n. gymnasii et deficientia corrūpunt fortitudine. Similiter aūt et pot⁹ et cibi Amplius et minus effecti corrūpūt sanitatem Que aūt cōmēsurata sunt faciūt et augent et saluāt. Ita igitur et in temperantia et fortitudine habet. et aliis virtutib⁹ Qui eni oia timet et fugit et nihil sustinet timidus efficitur: et qui nihil oio timet sed ad oia vadit audax. similiter aūt et qui oi voluptate potit̄: et neq3 ab una recedit itemperat⁹ ē. Qui aūt oēs fugit queadmodum agrestis insensibilis. Corrumpitur. n. temperantia et fortitudo a superabundantia et defectu: a medietate aūt saluatur. Sed non

folum generatiões ꝛ augmẽtationes ꝛ corrup tiões ex hisdem ꝛ ab eisdem fiunt sed ꝛ opera tiones in eisdem erunt: etenim in alijs manife stioribus ita hꝫ. puta in fortitudie. fit. n. ex mul tum cibum sumere ꝛ multos labores sustine re ꝛ maxime põt hoc facere fortis. Ita ẽt ꝛ i vir tutib⁹: ex recedere. n. a voluptatib⁹ efficimur temperati ꝛ effecti maxime possumus recedere ab ipsis. Similiter ẽt in fortitudine. assueti. n. sustinere terribilia ꝛ sustinere ipa efficimur fortes ꝛ effecti magis possum⁹ sustinere terribilia

Hec ẽ secũda ps pncipalis hui⁹ capituli in qua phs ondit quales sũt operationes generantes virtutem. ꝛ intendit ostendere q operationes causantes virtutem sunt opera tiones cõmensurate medie inter superabundã tiam ꝛ defectum. ꝛ hec est ɔclusio. 7. huius li bri q pbat sic. quecunq corrumpũt ex super abundantia ꝛ defectu illa generantur ꝛ saluã tur a medijs inter superabundantiam ꝛ defe ctum. sed virtutes morales corrumpuntur a superabundantia ꝛ defectu operationum hũa narum. ergo generantur ꝛ saluantur ab opera tionibus medijs inter superabundantiam ꝛ de fectum. maior declaratur declaratione exem plari. Uidemus enim q virtus corporalis cor rumpitur ex superabũdantia ꝛ defectu ꝛ gene ratur ꝛ saluatur per operationes medias inter superabundantiam ꝛ defectum. nam fortitu do corporalis corrumpitur per supabũdantiã gignasij ꝛ exercitij ꝛ etiã propter defectũ exer citij. nam propter nimium laborem debilitatur virtus naturalis corporis. ꝛ etiam ex defectu exercitij redduntur mebra mollia ꝛ õbilia ad la borandum. Similiter sanitas corporalis cor rumpitur per nimiam superabundantiam ci bi ꝛ potus ꝛ per indigentiam eorundem. ꝛ si igi secũdu debitam mensuraꝫ vtatur exercitijs ꝛ cibis ꝛ potibus fiet sanitas ꝛ fortitudo corporalis ꝛ sanitas. ꝛ sic patet maior per exempla in vir tutibus corporalibus. s. q que corrumpuntur ex superabundantia ꝛ defectu: illa generãtur ꝛ saluantur ex medio inter superabundantiaꝫ ꝛ defectum. ꝛ minor patet. nam virtus moralis corrumpitur per superabundantiam ꝛ defectũ quod patꝫ. nam ille qui omnia terribilia timet ꝛ fugit ꝛ nihil terribilium sustinet efficitur ti midus. ꝛ qui nihil timet. sed in omnibus peri culis se exponit fit audax. ꝛ ita patet q virtus moralis vt fortitudo corrumpitur per opera tionem in superabundantia ꝛ defectu. et ideo ille qui medio modo se habet fit fortis. ꝛ ita est in alijs virtutibus. Uel potest ratio probans conclusionem sic formari. ille operationes cau sant virtutem per recessum a quibus virtus corrumpitur. sed virtus corrumpitur per reces sum ab operationib⁹ i medio. q2 virtus corrũpit p superabundantiam ꝛ defectum que sunt reces sus a medio vt patet in virtutibus corporali bus. ergo per operationes in medio existẽtes generatur virtus. Notandum q ea que acci dunt circa virtutes corporis sunt manifestio ra q̃ ea que accidunt circa virtutes anime. et ideo phs manifestat ea que accidunt circa vir tutes anime per ea que accidunt circa virtu tes corporis tanq̃ p manifestiora.

Sed non solum

Hec ẽ tertia pars principalis huius capi tuli in qua phus ondit q virtutes mo rales producunt tales operationes ex qualibꝫ pducunt. ꝛ h ẽ ɔclusio. 8. hui⁹ libri q̃ pbatur p sic. sicut ẽ in virtutib⁹ corporalibus: ita ẽ i virtutibus aie. sꝫ virtutes corporales pducunt tales operationes ex qualibꝫ producuntur g̃ ꝛc. maior patet per locum a simili. ꝛ minor decla ratur sic. fortitudo corporalis causatur ex hoc q aliquis sumit cibum sicut oportet. ꝛ ex hoc q se exercet in actibus fortitudinis. ꝛ cum fa ctus sit fortis põt p suã fortitudinẽ siles opa tiones facere. ꝛ iõ sic ẽ in ṽtutib⁹ aie q ṽtutes aie pñt tales opatões pducere ex qualibꝫ pro ducũt. ꝛ h pꝫ. nã aliqs efficit tẽpat⁹ ex h q re cedit a voluptatib⁹ ꝛ cũ fcũs ẽ temperatus põt magis a voluptatib⁹ recedere ꝛc. Cap[3]. 3[m]. ri. p. libri scdi. oñs circa q̃ dñt fieri oẽs mora les ṽtutes qꝛ circa õlectatões ꝛ tristitias. qõ p pbat g h q signu dit⁹ generati ẽ supueniẽs voluptati 2⁹ ex pte ṽtutũ. 3⁹ ex pte hõis ṽtuosi

Signum autem oportꝫ facere

hitnum supueniẽtem voluptati vl tri stitiã opib⁹. Qui gdẽ. n. recedit a corpalib⁹ vo luptatib⁹ ꝛ h ipo gaudet tẽpat⁹. q ãt tristatur itẽpat⁹: ꝛ q gde sustinet picula ꝛ gaudet vel nõ tristat fortis: q ãt tristat timid⁹. circa volu ptatẽ. n. ꝛ tristitias ẽ moralis virtus.

Istud ẽ 3[m]. capitulũ pmi tractat⁹ h⁹ scdi li q̃ soluit ẽ tia qõ principalis: ꝛ ẽ circa que dñt fieri ṽtutes morales. ꝛ ẽ solo q oẽs ṽtutes morales dñt fieri circa õlectatões ꝛ tristitias. ꝛ continet istud capitm. 3. ptes pncipales. In p ma ondit ppo⁹ p oĩam iter opatões generan tes hitũ ꝛ opatões pductas ab hitu. In scda ibi. ppt voluptatẽ gdẽ. ondit ppoitũ p rões sũptas ex pte ṽtut[is] h ẽ ex hitu ille delectatõis ꝛ tristitie. In ẽtia ibi. Fiet autẽ vtiq. pbat p positũ p rões sũptas ex pte boiũ gb⁹ sest ṽt⁹ ꝛ delectatio ꝛ tristitie. In pria igit pte icipit p bat cõclusionẽ. 9. que ẽ q oẽs ṽtutes morales dñt fieri circa delectatões ꝛ tristitias. ꝛ istud probare principaliter intendit in hoc caplo. ꝛ in hac prima pte pbatur hec ɔclusio p rõnem talem. cuiuscunq signum accipimus ex dele ctatõe ꝛ tristitia illud cõsistit circa delectatio nes ꝛ tristitias. sed signũ cuiuslibet virtutis

moralis accipimus ex delectatione ⁊ tristitia ergo omnes virtutes morales habent fieri circa delectationes ⁊ tristitias. maior huius ratōnis de se patet. ⁊ minorem ponit in littera. d. ꝙ signum dicuum iam generatoꝝ siue bonorum siue maloꝝ oꝫ facere delectationē vel tristitiā superuenientē opib⁹. Ad cuius intellectū sciēdum ē ꝙ opationes ex quib⁹ generaꝛ virtus ⁊ opationes pducte a v̄tute differunt q̄ntū ad delectationem ⁊ tristitiā. nam añ ditum v̄tutis generatuꝫ homo facit quandam violentiā ad operandum huiuſmōi. ⁊ ideo tales opationes ante virtutem habent quādam tristitiam anexam. sed opationes sequentes v̄tutē que pducunꝛ a virtute habent delectatōem anexam. qꝛ habitus inest pmodū cuiusdam nature. ⁊ ex hoc ē aliquid alicui delectabile qḋ conuenit ei sc̄dm naturam. cū igitur aliqs opaꝛ. et delectatur circa materiā moraleꝫ signum ē ꝙ habꝫ habitum: ⁊ ex hoc ꝙ operaꝛ cum tristitia signuꝫ ē ꝙ non opatur; ab habitu nec hꝫ bitū. minorem rōnis declarat ph̄s per exempla. ad qui corpales delectationes fugit ⁊ hoc ipō gaudet tempatus ē: qui autem in fugiēdo talia tristatur intempatus ē. Et qui sustinet picula delectabiliter vel ad mi⁹ sine tristitia est fortis specialiter enim in actu fortitudis quandoqꝫ sufficit non tristari vt videbitur tertio huius. Qui autem cum tristitia picula sustinet ē timidus. ⁊ sic de oībus alijs v̄tutibus. ⁊ sic cuiusli bet virtutis moralis generate signum ē delectatō superueniens. ⁊ sic appareꝫ ꝙ oēs virtutes morales habent fieri circa delectatōes ⁊ tristitias. Notandum ē hic fm Eustratiū super hanc litteram. Qui sustinet ⁊c. ꝙ ph̄s multuꝫ humanitus dicit hoc quod dicit. Nō tristaꝛ. Apposuit forsitan enim in quibusdam operationibus. fortis sufficiēs ē non tristari. puta si vulneretur pugnans ⁊ fm fortitudinem operans. Dubitatur hic. vtruꝫ oīs virtuosus delectetur in operatōne v̄tutis. videtur ꝙ nō. qꝛ fortis in sustinendo mortem nō delectatur. Dicenduꝫ ꝙ virtuosus delectatur in aliqua opatione virtutis non tamen in omni: vt pꝫ de forti cui sufficit in aliqua opatiōe fortitudinis ꝙ non tristetur. vl' forte posset dici ꝙ fortis in omni operatione fortitudinis delectatur delectatione spirituali tñ non in omni operatione fortitudinis delectetur delectatione corpali⁹

2⁰ dubitatur vtrum omnis virtus moralis sit circa delectationes ⁊ tristitias. videtur ꝙ non. quia sola temperantia est circa delectatōnes ⁊ tristitias. per hoc enim distinguitur temperantia ab alijs virtutib⁹. quis ē circa delectatiōes ⁊ tristitias. vt patebit in. 3⁰ huius. ḡ nō omnis v̄tus moralis ē circa delectatōnes ⁊ tristitias. quia si sic. omnis v̄tus moralis esset temperantia: quod falsum ē. Item delectatio ⁊ tristitia sūt passiones vt patebit in hoc 2⁰. sed nō omnis virtus moralis ē circa passiones. sed q̄dam est circa operationes vt patet de iustitia que ē circa operationes ergo ⁊c. Item videꝛ ꝙ nulla v̄tus moralis sit circa delectationem. quia nulla virtus moralis ē circa illud quod corrumpit rectam rōnem. quia omnis virtus requirit perfectum vsum rōnis. sed delectatio corrumpit rectam rationē vt patebit sexto huius. ergo nulla virtus moralis ē circa delectationem. Dicendum ꝙ sicut patebit septimo hui⁹ ⁊ io. delectatio potest accipi cōmuniter p omni delectatione tam corporali q̄ spirituali. vel stricte pro delectatione corporali tantum. Similiter virtutem esse circa delectationem ⁊ tristitiaꝫ potest intelligi tripliciter: vel tāquā circa materiam seu subiectum vel tanq̄ꝫ circa finem superuenientem operatōi virtutis. Dico igitur ꝙ ph̄s in proposito loquitur de delectatione ⁊ tristitia large accepta: vt sunt cōmunes delectationibus ⁊ tristitijs corporalibus ⁊ spiritualibus. ⁊ intelligit ꝙ omnis virtus moralis est circa aliquas delectationes ⁊ tristitias non tanquā circa propriam materiā. nam materia propria cuiuslibet v̄tutis moralis ē illud circa qḋ rō ponit mediū: sicut iustitia ē circa operationes que sunt ad alterum vt emptiones venditiones ⁊ distributiones: ⁊ fortitudo circa timores ⁊ audacias. ⁊ temperātia circa delectationes ⁊ tristitias tanq̄ꝫ circa propriam materiam. sed accipiēdo delectationem ⁊ tristitiam communiter seu large. sic omnis virtus moralis est circa delectationes ⁊ tristitias tanquā circa finem virtutis superuenientem operationi. Nam ad omnem operationeꝫ virtutis moralis sequitur delectatio tanquaꝫ finis superueniens operationi. nam per operationem virtutis moralis homo delectatur in quibus oportet ⁊ tristatur de quibus oportet. vnde per virtutem moralem homo bene se habet in delectando ⁊ tristando. quod patet per ph̄m. 7. huius qui dicit ꝙ potissima intentio scientie ciuilis est vt faciat homines delectari ⁊ tristari in quibus oportet ⁊ quando oportet ⁊c. Et in primo huius dicit ph̄s ꝙ ille nō est iustus qui non gaudꝫ iustis operationibus. ⁊ ita dico ꝙ omnis virtus moralis est circa delectatiōes ⁊ tristitias tāq̄ꝫ circa finē ꝯsequēduꝫ vl' fugiendum ⁊ non tanq̄ꝫ circa materiam ppriā.

Ad pmū in ꝯtrariū dicendū ꝙ sola tēpātia ē circa dlectatōes ⁊ tristitias corpales tāq̄ꝫ circa ppā mām. cū h̄ tñ bñ stat ꝙ oīs v̄tus moralis. ē circa delectationes accipiendo dlectatōnem cōiter tāq̄ꝫ circa finē supueniētē opatōi. Ad aliud dō ꝯcedēdo ꝙ n̄ oīs v̄t⁹ moral' ē circa passiones tāq̄ꝫ circa ppā māꝫ. nec ē veꝝ ꝙ oīs dlectatio ē passio. qꝛ dlectatio spūalis vt delectatio q̄ ē in deo ⁊ in substantijs abstractis nō est

passio cum in sbys abstractis nō sint passiões. Ad tertiū dicendū q̄ nō oīs delectatio corrumpit rectam extimationem. q: delectatio que ē temperata a rōne non corrūpit rōez. q: talis delectatio ē illis in quibus oz delectari & qn̄ & q̄tum. & sic de alys circūstantyis. q̄uis delectatio fortis pacueniens rōnem quandoq̧ obnubilet & corrumpat iudicium rationis.

Propter voluptatem quidem eniz mala opamur: pp̄ tristitiā āt a bonis recedim⁹ pp̄ter qđ oz duci qualiter confestim ex iuuenibus vt plato ait. Quare et gaudeē & tristari i qb⁹ oz: r̄cta.n. disciplia h̄ ē.

Hec ē scđa ps principalis huius capli in qua pbat ɔclusionē quā intendit p rōnes sumptas ex parte vtutis. h̄ ē ex habitudie delectationis & tristitie ad virtutez. & contiīz .4. pticulas fm numer̄. 4. rōnū quas adducit ad ppositum que patebunt in psequendo. Prima ratio ē talis circa illa habet fieri virt⁹ per que virtus generatur & corrūpit̄. sed p voluptatem & tristitiam vtus generatur & corrūpitur. ergo r̄c. maior patet de se. & minor declaratur. nam pp̄ter voluptatē opamur mala et pp̄ tristitiam recedim⁹ a bonis. & pp̄ hoc bene dixit plato q̄ necessarium ē vt homo confestiz ex iuuentute taliter ducatur vt gaudeat & tristetur in quibus oportet. hec enim est recta disciplina iuuenum & alia non inuenitur

Adhuc autem si virtutes sunt circa act⁹ & passiones omni āt actui & passioni ea cā sequitur delectatio & tristitia. & propter hoc vtiq̧ erit v⁹ circa delectationes & tristitias

Hec ē secunda particula in qua ponit̄ secunda rō ex parte vtutis. talis est. Ad oēm actum. i. operationem humanam & passionem sequitur delectatio vel tristitia. sz oēs virtutes morales sunt circa actus vel opationes. ergo omnis virtus moralis est circa delectatiões vel tristitias. Intelligendum q̄ aliqua virtus moralis ē circa operationes vt iustitia que ē circa emptiones venditiones & distributiones. & aliqua ē virtus moralis circa passiones sicut mansuetudo que ē circa iras. nunc autem ad omnē huiuſmōi operationez & passionem sequitur delectatio vel tristitia.

Demonstrant autez & pene facte pp̄ hec. Medicine autem quedam sunt. medicine āt per cōtraria innate sunt fieri. Adhuc sicut prius diximus. omnis anime habitus a quibus innatus ē fieri deterior & melior. Ad hec & circa hec naturā habz pp̄ter voluptates & tristitias praui fiunt in prosequendo has & fugiendo vl̄ q̄s non oportet vel qn̄ non oz vel vt non oportet: vel qualitercunq̧ aliter a rōe determinatur. Ideoq̧ determinant virtutes īpassibilitates quasdam & quietes. non bene autez qm̄ simpliciter dicunt. sed vt nō oz & qn̄q̧ non opz & quecūq̧ alia apponuntur. Supponit̄ ergo virtus esse talis circa voluptates & tristitias optimorum operatiua. Malitia autem contrarium.

Hec ē tertia particula in qua ponitur ratio tertia sumpta ex parte virtutis que talis ē. circa illud ē vtus p qđ legis lator inducit hoīes ad vtutē sz p dlectatiōes & tristitias inducit legis lator hoīes ad vtutē. g̃ r̄c. maior ð se patet & minor declarat̄. n. ā p penas & subtractionem delectationū & p tristitias illatas inducit legis lator hoīes ad virtutes ergo r̄c. ista rō sumitur a medicia aie. sicut enīz passiões amare adhibite & delectatões subtracte sūt medicine corpis. sic pene p tristitias illatas & p dlectationes subtractas sunt medicine aie ad recuperandum vtutē. pene. n. sūt medicine. hūt. n. p ɔ̄ria cop̄ i qbus aliqs peccauit: g. n. peccauit circa delectationes oz puniri p tristitias oppositas & p subtractiōnez delectationū medicine enī p ɔ̄ria inate sūt fieri. vñ ɔ̄ria ɔ̄rys sanant̄.

Adhuc sicut

Quarta ratio sumpta ex pte vtutis est illa. oīs habitus vtutis & vicy sibi oppositi habet fieri circa ea ex qb⁹ natus ē fieri melior. vl̄ deterior. sz ex delectatione & tristitia habitus virtutis & vicy sibi oppositi natus est fieri melior vel deterior. ergo r̄c. maior pz ð se. & minor declarat̄. nā pp̄ter delectatōem in opib⁹ mal' habitus moralis fit deterior & pp̄ tristitiaz i eisdē fit melior. econtrario est de habitu bono. vñ in psequendo vel fugiendo delectatōes vl̄ tristitias quas non oportet vel quando non oportet r̄c fit aliquis deterior. & in psequendo vel fugiendo delectationes vel tristitias quas oz & quando oportet r̄c fit aliquis melior. Ideoq̧ & quia homines fiunt mali pp̄ter passiones q̄ sequuntur pp̄ter hoc mouebantur stoici ad dicendum virtutes esse impassibilitates & q̄ virtuosus nullam passionem habet. sed in hoc male dixerunt. quia a virtuoso oēs passiones excludebant. nam hoc non pertinet ad virtutem scilicet eē omnino sine passionibus. sed a vtute & virtuoso debent excludi passiones inordinate supponūt igit̄ q̄ vtus sit circa delectatōnes & tristitias optioz opatia malitia āt ɔ̄rioz

Fiet autem nobis māifestū ex his adhuc de eisdē. trib⁹ eni existib⁹ q̄ circa electiōes: & trib⁹ que i fugiendo ɔferēte delectabili: & trib⁹ ɔ̄rys malo nociuo tristi. Circa hec qdē oia bon⁹ directiuus ē: malus āt peccās: maxie āt circa dlectatōem. Cōis. n. hec aīalib⁹ & oib⁹ que sub electiōe assequūt̄. etenī bonū & ɔferens delectabile vr̄. Adhuc ā t' ex puero oib⁹ nobis ɔnutrit̄. pp̄ qđ difficile cōtere hāc passionē cōgatā vite. Regulā

ā operatōnes hi qđem magis: hi qđem minus delectatione ⁊ tristitia. ꝓpter hoc igiť necessariū ē circa hec eē oē negocium. Non.n. paruꝫ ī operationes bene vel male gaudere ⁊ tristari. Adhuc autem difficilius voluptati pugnare q̄ ire: quemadmodum ait Eraclytus: circa difficilius āt semper ⁊ ars fit ⁊ virtus: etenim bene ⁊ melius in hoc. Quare ⁊ ꝓpter hoc circa delectatōes ⁊ tristitias omne negocium ⁊ virtutis ⁊ polytice. Qui quidem eni bene his vtitur bonus erit. qui autem male malus. Quōd quidem igiť ⁊ virtus circa delectationes ⁊ tristitias: ⁊ q̄m ex quib⁹ fit ab his ⁊ augetur ⁊ corrumpiť non similiter factis: ⁊ quoniam ex quibus fit circa hec ⁊ operatur dictuꝫ est.

Hec ē tertia principalis huius capituli ī que ꝓbat conclusionē principalem per rōnes sumptas ex pte hoīs. ⁊ ꝯtinet quattuor ꝑticulas ꝭm numerū quattuor rōnum q̄ ordine suo apparebunt. primo igiť ꝓbat per rōem sumptaꝫ ex parte hoīs ꝙ oīs virt⁹ moralis habet fieri circa delectatōes ⁊ tristitias: ⁊ hec est ratio. Circa illud habet virtus fieri qđ ē commune omni bono humano. sed delectatio hēt fieri circa omne bonuꝫ humanuꝫ ⁊ tristitia circa omne malum oppositū. ḡ circa delectatiōeꝫ ⁊ tristitiam habꝫ fieri omnis virtus moralis. patꝫ maior. nam virt⁹ circa oē bonum humanum ⁊ eius oppositū habꝫ fieri. ⁊ minor declaratur sic. triplex ē bonū humanum. s. bonū honestuꝫ: bonum vtile: ⁊ bonū delectabile: ⁊ omne bonū honestum ē bonum delectabile ⁊ non econuerso. oē bonuꝫ vtile ē bonum delectabile ⁊ nō econuerso. ⁊ ita bonū delectabile ē cōe omni bono humano. Similiť triplex ē malum. quoddam qđ opponiť bono honesto. s. malū. i. vicium qđ opponiť bono honesto: ⁊ nociuū qđ opponiť bono vtili. ⁊ triste qđ opponiť bono đlectabili. ⁊ circa omnia hec bon⁹. i. virtuosus ē directiu⁹ hoc ē bene se habet. malus autem idest viciosus peccans maxime autē circa delectationeꝫ. quia hec cōmunior ē aliis. ⁊ hec duplici cōmūitate vt hic innuit phūs. prima sumitur ex his quib⁹ inest delectatio. Nam delectatio ē cōmunis omnib⁹ aīalib⁹. sed vtile ⁊ honestum solū inē hominib⁹. delectatio enī cōmunis ē oībus animalib⁹. non solū enim cōuenit delectari ꝭm apprehensionē intellectiuā. sꝫ ēt ꝭm apprehensionē sensitiuam que ē cōmunis oībus animalib⁹. scđa cōītas accipiť ex parte rerum delectantiū. i. causantium delectatōeꝫ. Nam delectatio seqtur ad omnia que sub electione cadunt. bonum eniꝫ hōestū ē delectabile ꝑut ē conueniēs rōni. bonum ⁊ vtile ē delectabile. ⁊ ita oē bonum humanū ē delectabile. cum ergo delectatio ⁊ tristitia sint maxime cōmunia seqent ꝙ virtus maxime hꝫ fieri circa delectationes ⁊ tristitias. Notandū ē ꝙ illa diuisio boni cōphendit oēm rōem boni. nam bonū ē ťmin⁹ mot⁹ ipsius appetit⁹. pōt igiť sufficiētia illius diuisionis boni colligi ꝓportōnabiľ ex termino mot⁹ corporis naturalis. ťmin⁹ enīꝫ mot⁹ ē duplex. qđam ē terminus simpliciter ⁊ ille ē vltimus termin⁹ motus quo acquisito cessat motus. ⁊ qđā ē termin⁹ ꝭm qđ ⁊ sic media int̄ ꝑncipiū mot⁹ ⁊ vltimuꝫ fīē motus terminans motū ꝭm qđ. qꝛ nō termināt totum motū sꝫ aliquā prē mot⁹. illud āt qđ vltimate terminat motū ē duplex quoddā positiuuꝫ qđ ē per se ⁊ ꝑncipale termin⁹ vt locus vel forma ⁊ quoddā priuatiuum. ⁊ illud ē qes sub per se termino mot⁹. vbigrā: si fiat motus de nigredine in albedine ꝑ fuscedinē mediā fuscedo ē termin⁹ ꝭm qđ ill⁹ mot⁹ qꝛ terminat aliquam preꝫ illius mot⁹ ⁊ albedo ē ꝑse termin⁹ illius mot⁹ tamq̄ꝫ positiuū ꝑ se intentū a motore. ⁊ quies sub nigrediē ē termin⁹ ꝑuatiu⁹ illius mot⁹ sic ꝓportionabiľr ē ī motu appetit⁹. naꝫ illud terminat motū appetit⁹ ꝭm qđ qđ ē mediū ordinatum ad aliud. s. ad vltimum terminū appetit⁹ ⁊ illud diciť bonū ꝯferens seu vtile. id autē qđ vltimate terminat motū appetit⁹ sicut res postiua in quā appetit⁹ per se tendit ē bonū honestuꝫ. qꝛ ꝭm tulliū. honestū ē qđ ꝓpria sua vi attrahit ⁊ allicit appetitū. illud vero qđ terminat motum appetitus tamq̄ꝫ quies in re desiderata ē ipsa delectatio seu bonum delectabile. Et est sciendum ꝙ si illa tria stricte accipiunť sic habent rationem oppositorum. naꝫ illa stricte ⁊ proprie dicuntur delectabilia que nullaꝫ aliam rationem habent appetibilitatis nisi đlectationē: cum talia sint quandoqꝫ nociua et īhonesta. vtile vero proprie dicitur qđ non hēt de se vnde desideretur. sed solū desideratur ꝓpter aliud vt pocio amara propter sanitateꝫ sed bonum honestum est illud quod propter đlectationem ī se habet vnde desideretur.

Adhuc autē ex puero. secūda ratio sūpta ex ꝑte hoīs ē ista circa illam passionem maxime habet fieri virtus que inest nobis a ꝑncipio qꝛ maxime difficile ē illam passionem subiugare. sed delectatio inest nobis a ꝑncipio. qꝛ stati cū nascimur inest nobis đlectatio. puer enim statim cum nascitur delectatur ī lacte. ergo circa delectationem maxime habet fieri virtus. ergo ⁊ circa tristitiam. Regulam⁹ autēꝫ. Rō tertia sumpta ex parte hominis est ista. circa illa habet fieri virt⁹ per que hoīes maxime regulant suas operationes. sed per delectatiōes ⁊ tristitias homines maxime regulāt suas opa tiones. homines enim illis operationibus īrēdunt in quibus delectantur: ⁊ ab illis abstinent quibus tristantur. ergo circa delectatiōnes ⁊ tristitias habet fieri omnis virtus moralis. Ad hunc autem difficilius. 4. ratio sumpta ex parte hoīs ad ꝯclusionem principalem

est ista. circa difficile ẽ ars ꝛ virt⁹. sed resistere delectatõi ẽ difficile. qꝛ vt ait Eraclit⁹. difficilius ẽ pugnare ꝯ voluptatẽ ꝙ̃ ꝯtra irã. cum ḡ difficile sit pugnare ꝯtra irã. sequit̃ ꝙ difficile ẽ pugnare ꝯtra voluptatẽ. ḡ ꝛc. ꝛ sic in h capitulo pbata ẽ conclusio vna hui⁹ libri. s. ꝙ oẽs v̄tutes morales hñt fieri circa delectationes ꝛ tristitias. ꝛ hec ꝯclusio ẽ in hoc capitulo pbata p. 9. rõnes. Dubitat̃ hic circa dictũ stoicorũ q̃ dixit v̄tutes eẽ ĩpassibilitates. dubitat̃ vtrũ v̄tus moralis possit eẽ sine oĩ passione. videt̃ ꝙ sic. qꝛ tãto v̄tus ẽ pfectior quãto magis superat passiones. ḡ v̄tus oĩq̃. s. vt⁹ pfectissime ẽ sine oĩ passiõe. Itẽ passio ꝯtrariat̃ v̄tuti. qꝛ crescẽte passione diminuit̃ virtus ꝛ diminuta passione crescit virt⁹. sed virt⁹ põt eẽ sine oĩ eo qđ ꝯtrat̃ virtuti. ḡ ꝛc. Item arguit̃ p rõnes stoicoꝝ quas recitat Albert⁹ sup primum hui⁹. ꝓ sic. cũ felix sit totus san⁹ tã in rõe ꝙ̃ in appetitu. qꝛ alr̃ non eẽt felix. oꝫ ꝙ sit totus infra metas mẽtis ꝛ sapie ꝯstitut⁹. sed ille q tot⁹ infra metas sapie ꝯtinet̃ nihil sentit nec reputat bonum nisi illud qđ in veritate ẽ bonũ. ꝛ p ꝯñs nõ sentit aliquã passionẽ. 2⁹ arguitur sic. felicitas ẽ opatio sm̃ virtutẽ pfectã. sꝫ virtus pfecta non ẽ nisi purgati animi ꝛ a passionibus totaliter elõgati. ergo virt⁹ pfecta in sũmo non ẽ nisi al oĩo ĩpassibilis. Quod ꝯfirmat̃ p hoc ꝙ pfecto in sũmo nihil deest de perfectõe v̄tutis. sed virtutibus moderatiuis passionũ cuiusmõi sunt virtus polytica ꝛ virtus purgatoria multum deest de pfectione virtutis. ergo felix felicitate perfecta ẽ omnino sine passionibus. ꝛ hec fuit opinio stoicoꝝ. Contrarium vꝫ p phm̃ hic in textu. Illũ. n. hoiem d̃ tit phs agrestem ꝛ ĩsensibilẽ qui nullã passionẽ sentit sed nullus virtuosus est agrestis aut insensibilis scdm̃ phm̃. ideo nullus virtuosus ẽ oĩo sine passionibus. Ad istud dubiũ dicendum ꝙ virtutũ moraliũ quedã sũt circa passiones sic circa ppriam materiam sicut fortitudo ꝛ temperantia: ꝛ quedam circa operationes vt iustitia. sicut patebit. 5. huius. dico ḡ ꝙ illa virtus que est circa passiones sicut circa pprium obm̃ non põt esse sine passione. qđ pbatur qꝛ aliter esset virtus ociosa cum nullus habitus exercitiũ haberi possit sine ppria materia ꝛ obo. sꝫ illa virtus que ẽ circa operationes põt eẽ sine passione proprie dicta. delectatio enim que ꝯsequitur operationem iusti nõ ẽ passio ꝓprie dicta. Et si dicatur ꝙ vita contemplatiua ẽ sine passionibus scdm̃ Eustratium sup primũ huius. ꝛ p ꝯsequens virtuosus potest esse sine passionibus oĩo. Dicendum vt mihi videtur. ꝙ si aliqs tm̃ det se contemplatõni ꝙ sit quasi sepatus a corpore ꝛ sine passionibus erit sine virtute morali que est circa passiones. nec est inconueniens ꝙ felix felicitate contẽplatiua perfectissima sit omnino sine virtute morali que ẽ circa passiones. sicut enim substantie abstracte a materia sunt sine passionibus. ita etiam sunt sine virtutibus moralibus. Ad pmam in contrarium dicendũ. ꝙ q̃to virtus ẽ perfectior tanto magis superat passiones inordinatas. sed ex hoc non sequitur ꝙ sit omnino sine passione. Ad scdm̃ dicendũ ꝙ passio regulata ratione non contrariatur rationi. sed solum passio rationi resistens ꝛ sine tali passione potest esse bene virtus non tamen sine passiõe moderata. Ad pmam rationem stoicorum dicendũ ꝙ felix est totus sanus ꝛ infra metas mentis constitutus sic ꝙ per nullã passionem a medio rationis abducitur. sed ex hac non sequitur ꝙ aĩmus eius non possit tangi a passionibus. Ad secũdũ dicendũ ꝙ felicitas speculatiua ẽ operatio secũdũ virtutẽ perfectaꝫ scilicet scdꝫ virtutẽ sapientie vt patebit. 10. huius. ꝛ felix huiusmõi felicitate sit põt esse sine passionibus potest esse sine virtute morali que est circa passiones. Et si dicatur ꝙ alique v̄tutes morales sũt virtutes purgati aĩ. sed virtus purgati animi ẽ sine passionibus secundũ Macrobiũ ꝛ Eustratiũ. Dicẽdũ ꝙ si aliq̃ virtus moral' sit virt⁹ purgati aĩ illa ẽ q̃ non ẽ ad passiones edomãdas. sꝫ ex eius pfectõe solum ordinat̃ ad passiones iã edomitas regulãdas.

stra. p⁹ igit̃ pbat. q habit⁹ aie sunt volũtary
ꝛ in potestate nostra q̃tũ ad eorꝫ generationes
Et est cõclo. 35. ꝛ pbatur duplr̃. pmo sic. opati-
ones faciũt dispositiones in opantibus ex qui-
bus possunt pduci operationes siles vt patet nã
ex actu cytharizãdi generatur dispositio i cy-
tharizante p quã põt faciliter cytharizare. ꝛ si-
militer ẽ de actu lucrandi. ꝛ sicut ẽ de opatio-
nibus corporis ita est de opationib⁹ aie Ex
hoc arguitur sic. quoniã eẽ generatiue sunt po-

tarie ꝛ i potestate nostra illa sunt volūtaria ꝛ in ptāte nostra quātum ad eorū generationē sed opationes q̄ sunt generatiue habituū nīe sunt volūtarie ꝛ in ptāte nr̄a. igitur habit⁹ aīe sunt volūtarij ꝛ in ptāte nr̄a quātū ad eoꝝ generationē. maior pꝫ de se. ꝛ minor apparet naꝫ qui dicūt ꝙ ex opationibus non generant̄ habitus sunt pene insensibiles. i. sensu carentes.

Ad hūc irrōnabile. etc. pbatur eadē conclo sic. qui vult aliq̄d cāꝫ ex qua scit aliquē effectū sequi vult illū effectum vel saltē vult potius illū effectum esse q̄ causam non eē. nunc aūt iniusta facientes sunt iniusti. ꝛ hoc scientes ꝛ stupra cōmittētes fiūt incontinentes. ꝛ hoc bene sciunt. ergo irrationabile est ꝙ aliquis velit iniusta facere. ꝛ non velit esse iniust⁹. ꝛ ꝙ velit stupra cōmittere: ꝛ non esse incōtinēs. igit̄ si ā operetur ignorātia operatur volūtarie: ꝛ sic fit volūtarie iniustus ꝛ incōtinens. ꝛ sic huiusōi habitus aīe sunt volūtarij: ꝛ in ptāte nr̄a quātū ad eorū generationē. Intelligēdum est ꝙ quāuis non oporteat ꝙ qui vult causam velit effectū. tn̄ si aliquis sciat effectū sequi ex cā si vult causam vult effectū anteq̄ dimittat cāꝫ quāuis nō velit effectū sꝫ se: sicut si aliquis velit ambulare in estu sciens se sudaturū. ꝯn̄s est ꝙ velit sudare anteq̄ abstineat ab itinerādo i estu nihil. n. phibet aliquid nō esse sm̄ se volūtarium qð tn̄ est volūtariū pp aliud: sicut potio amara ppter sanitatē. Aliter esset: si hō nesciret ꝙ talis effectus sequeret̄ ex tali cā: vt si aliquis ābulās i via incidat in latrōes h. s. incidet i latrōes n̄ efficit̄ volūtariū: quia non fuit prescitum. Ex isto loco accipiūt aliqui ꝙ quicunq̄ vult aīs vult ꝯn̄s. qð ipse scit sequi ex illo aīte. Istud tn̄ non est veꝝ: nec est de intētione Aristo. hic: qm̄ hec ꝯn̄a est bona. ego suꝫ in luto cū mille florenis. ergo ego sum in luto. ꝛ ego scio hāc ꝯn̄aꝫ esse bonā. ꝛ tn̄ ego vellē aīscedens ꝛ non ꝯn̄s. nā ego vellē esse in luto cū mille florenis. ꝛ tn̄ simplr ꝛ absolute loquendo non vellē esse in luto. ꝛ iō regula est falsa simpliciter loquēdo. quicūq̄ vult aīs vult ꝯn̄s. Ista tn̄ est vera: quicūq̄ vult aīs vult ꝯn̄s ad hoc ꝙ habeatur aīs. ꝛ ex hoc non sequitur ꝙ vult ꝯn̄s absolute: sed solum cum cōditione.

Non tn̄ si velit. pbato ꝙ habitus aīe sunt in potestate nr̄a quātū ad eoꝝ generationē pbat ꝙ habitus viciosi non sunt in ptāte nr̄a q̄tuꝫ ad eoꝝ corruptionē. ꝛ hec est ꝯclō. 36 sic intelligēdo ꝙ in ptāte viciosi non est fieri non viciosus qn̄ vult. probatur hoc per quedam similia. quia. sicut ille qui est sanus pōt volūtarie fieri eger sed non pōt qn̄ vult redire ad sanitatē. ꝛ sicut in potestate proiicientis lapidem est proicere vel non proijcere. sꝫ postq̄ lapis est emissus non est in ptāte piciētis illū reassumere qn̄ vult: sic a principio in ptāte hoīs ē sic ri nō iniustū. sed postq̄ fact⁹ est non iust⁹ nō ē in potestate sua esse iust⁹. vnde pōt sic argui Sicut est in habitibus corporis ita est in habitibus anime sed habitus viciosus corporis vt egritudo a pricipio est in potestate hoīs. homo enim pōt fieri eger qn̄ vult. sed corruptio egritudinis postq̄ egritudo est generata non est in ptāte hoīs. Igit̄ habit⁹ viciosus aīe n̄ ē i ptāte hoīs q̄tū ad ei⁹ corruptiōē. Nō solū aūt. n̄ solum aūt habit⁹ viciosi aīe sunt voluntarij ꝛ in potestate nostra. sed etiā aliqui defect⁹ corporales sunt volūtarij ꝛ in ptāte nostra. ꝛ est ꝯclō. 37. q̄ pbatur sic. null⁹ iustus increpatur ppter illud qð inest ei a natura sed solū ppt̄ illud qð inest ei volūtarie. verbi gr̄a. cecuꝫ vl̄ turpem a natiuitate nullus increpat sed magis miseretur. sed ppter quosdā defectus corporales increpamur quia cecus ex nimia potatiōe vini est iuste increpandus. ꝛ turpis ex negligentia increpandus est. ergo aliqui defectus corporales sunt voluntarij ꝛ eodem mō est de his que ptinent ad animaꝫ. s. ꝙ huiusōi habitus viciosi sunt voluntarij

Si autem

quis dicat q̄ꝫ omnes desiderant apparēs bonus fantasie autem non dn̄i: sed qualiscūq̄ vnusquisq̄ est talis: ꝛ finis videtur ei. Si quidem igitur sibi vnusquisq̄ habitus qualiter est cā ꝛ fantasie erit qualiter cā ipse. Si aūt nullus sibi causa eius qð est male facere sed pp ignorantiam finis hec operatur per hec existimās sibi optimū fore finis aūt desideriū nō spōtaneū: sed innasci oportet: quēadmodū visuꝫ habentem quo iudicet bene. ꝛ qð sꝫ virtuteꝫ bonū desiderabit. ꝛ est bene natus cui hoc bonum innatum est. Quod enim maximū ꝛ optimuꝫ ꝛ quod ab alio non possibile accipere neq̄ discere: sed quale innatū est tale habebit ꝛ quidem bene ꝛ optime hoc innatum esse: pfecta ꝛ vera erit vtiq̄ bona natiuitas. Si vtiq̄ hec sunt vera qd magis virtus q̄ꝫ malitia erit volūtariū. Ambobus. n. similiter ꝛ bono ꝛ malo finis natura vl̄ q̄litercūq̄ videtur ꝛ iacet. Reliqua aūt ad hoc referentes operentur q̄litercūq̄ sine finis vtiq̄ nō natura videt̄ q̄litercūq̄: sed qui ꝛ apud ipm est sine finis naturalis In reliqua aūt bonū opando volūtarie studiosum ꝛ eius volūtarium est nihilominus ꝛ malitia volūtorius vtiq̄ erit. Silr. n. ꝛ malu existit qð pp ipm in opationibus ꝛ in fine. Si igitur quemadmodū dicitur volūtarie sunt virtutes etenim habituū cū cause qualiter ipsi sumus. ꝛ in quales quidem existendo fineꝫ talem ponimus volūtarie ꝛ malitie vtiq̄ erunt

Hec est scd̄a picula tertie partis in qua pħs remouet scd̄aꝫ radicem dicti erroris q̄ erat ex parte virtutis cognitiue p q̄ā iudicatur aliquid esse bonuꝫ vel malū. quidaꝫ

enim dixerunt q̄ quilibet desiderat illud q̄d sibi apparet bonum: sed nō ē in potestate nr̄a q̄ aliquid appareat nobis bonū vel malum. et ideo dicūt q̄ non ē in ptāte nr̄a q̄ desideremus bonum vel malum: et per ɔ̄ns non ē i potestate hominis q̄ sit bonus vel malus: nam qualis ē vnusquisq̄ qualis finis sibi videtur. sed fantasia. i. apparitio finis nō ē i potestate hoīs. io ꝛc̄

Siquidem igitur) Istam radicem predicti erroris i̇pbat ph̄s pbādo duo. s. q̄ apparitio ē voluntaria et in potestate nr̄a et q̄ desiderium finis non inest homini a natura. Primo ꝓ̄ probat. q̄ fantasia siu apparitio ē voluntaria et i ptāte nr̄a. et hec ē ɔclusio. 38. et pbatur sic. habitus morales sunt voluntarij et in ptāte nr̄a sicut ꝓbatum ē prius: sed fantasia siu apparitō sequitur hitum moralē. igitur apparitio ē volūtaria q̄ quecūq̄ habent dominiuȝ sup aliq̄s hn̄t dominium super ɔ̄ña: et per ɔ̄ns in potestate hominis ē q̄ aliquid appareat sibi bonū vl̄ malum. Intelligendum q̄ fantasia q̄ cātur ex habitu morali ē in potestate hominis sicut et hitus. sed apparitō vel fantasia que cātur ex inclinatione passionis non semper est in ptāte hominis. vñ ꝓpter amorem passionis videt̄ alicui q̄ bonum ē ꝓcere merces in mari et non oȝ q̄ iste appicio sit in ptāte hoīs. Sil'r hec ꝓbatio: qualis ē vnusquisq̄ talis finis sibi vr̄ ē itelligēda de appicione que ē s̄m inclinatōeȝ habitus: nā qualis vnusquisq̄ ē talis finis secūdum hitum videtur ei. Si āt nullus) z̄ꝰ pbat q̄ desiderium finis nō ē a nā. diceret. n. forte aliquis q̄ nullus ē cā q̄ ipse male faciat. sȝ hoc facit vnusquisq̄ ꝓp ignorantiam finis: . s. in quantum estimat conseq̄ aliq̄d optimū ꝑ operatōem suā q̄uis tamē sit mala. Qd̄ āt aliq̄s desideret debitū finē hoc non ꝓuenit hoī ꝓpu sponte sed h̄ conuenit sibi ex natiuitate sua ex hoc scilicȝ q̄ a natiuitate sua hȝ bonā dispōnē interioris visus seu cognitōis q̄ bene iudicet et desideret illud qd̄ ē s̄m veritatem bonū. et id quicq̄d opat̄ bō h̄ ē sibi innatum a natura

Si vtiq̄) istā ɔ̄clonē remouȝ ph̄s ex suppositione eoȝ q̄ adūersarius supponebat q̄ v'tus ē voluntaria et q̄ malicia non ē voluntaria. ex ista suppōe probat ph̄us q̄ desiderium finis n̄ īē hoīs natura et hec ē ɔclusio. 39. que pbat̄ sic. si desiderium finis īsit hoī a natura et ꝓpi illud desiderium bō opatur. seq̄t̄ q̄ nō magis virtus ē volūtaria q̄ vicium virtuti oppositū illis eni rō est q̄ ambobus. s. virtuoso et vicioso insit finis a natura. Si igit̄ malicia non sit voluntaria ꝓp hoc q̄ finis inest a natura seq̄t̄ q̄ v'tus n̄ ē volūtaria quia desideriū finis quē desiderat inest ei a natura. h̄ āt ē ɔ̄ sic dicentes q̄ dicūt v'tutē eē volūtariā et maliciā non esse volūtariā. (Sil'r quēadmodū dicitur) z̄ꝰ eādem ɔclusio ꝓbatur sic. oportet ꝑ quas gene

rāt̄ v'tutes et vicia sūt i ptāte hoīs. et ꝑ ɔ̄ñs desiderium finis i ptāte ē hoīs. igitur desiderium finis non inest homini a natura.

Cōmuniter quidem igitur de virtutib' dictū ē nobis et genus typo q̄m medietates sunt et q̄m habitus et a quibus fiunt q̄m hoȝ opatiue et s̄m ipsas: et q̄m in nobis et volūtarie sint vtiq̄ vt recta ratio p̄cipiet. Non sil'r āt operationes voluntarie sunt et habitus. operationum quidē. n. a p̄ncipio vsq̄ ad finez dn̄i sumus scientes s̄m singula hitiū autez p̄ncipij adiectio non cognita. quēadmodum in egrotationibus. sed quoniam in nobis erat sic vel nō sic vti ꝓpter hoc voluntarij. Resumētes itaq̄ de vnaquaq̄ dicemꝰ que sūt: et circa q̄lis et q̄lr̄. Simul āt erit manifestū et quot sūt: et p̄mum de fortitudine.

Hec est quarta pars huius capituli i qua ph̄s recapitulat ea q̄ dicta s̄t de virtutibus et operationibus virtutum dicens q̄ de virtutibus dictum ē cōmuniter vt in generali. quoniam virtutes sunt habitus et medietates et q̄ generantur ex operationibus et q̄ producant operationes similes operationib' a quibus ꝓducuntur et q̄ sunt in potestate nostra et q̄ consequuntur rectā rōeȝ et q̄ aliter sūt operationes voluntarie in potestate nr̄a q̄ habitus quia sumus domini operationū a p̄ncipio vsq̄ ad finem. sed non sumus dn̄i habituum nisi a principio. sed iterato oȝ resumere de virtutibus considerationem vt dicamꝰ de vnaquaq̄ virtute et q̄ sunt. et circa q̄lē materiam habet esse et qualiter operetur: et sic manifestū erit nobis et quot sunt v'tutes et p̄mo dicamus de fortitudine. Hic sunt tria dubia. Primū ē vtrū voluntarie fiat malus. z̄ꝰ vtrū homo ex lecciōe fiat bonꝰ. 3ꝰ vtrū negligētia sit volūtaria siue vtrum illud sit voluntarium q̄d accidit ex negligentia. Arguitur ad p̄mū ꝓbando q̄ nullus voluntarie fit malus q̄ voluntas fertur i bonum et nō iclinatur in malum. igitur nullus fit malus volūtarie. Item s̄m phȝ hic a malicia non potest aliquis desistere cum voluerit sicut nec infirmus ab egritudine. sed illud q̄d est voluntarium est i hominis potestate vt ab eo desistat cum voluerit. igitur malicia non ē in potestate hominis et per consequēs homo nō fit malus voluntarie. Dicendum q̄ sic. q̄ homo potest voluntarie inclinari ad ea ad q̄ inclinant passiones et sic voluntarie potest fieri malus: tamen directe voluntas non inclinat in malum quia non inclinatur in malum sub ratiōe mali: tamen indirecte potest incliari in malum sub ratione apparentis boni. Ad p̄mum in contrarium dicendum q̄ voluntas potest ferri in malum inquātum apparet bonum. Ad scd̄m dicendū q̄ malicia (desistere viciosus est voluntaria a principio quan-

tum ad sui generationem. vnde secūdum phs in isto capitlo aliter sūt habitus in potestate nostra et alr opatōes: quia opationes sūt in ptāte nrā a principio vsq; ad finem: sed habitus sunt solum in ptāte nostra q̄tum ad sui principium et sui generationem non tamen quātum ad sui corruptionem aut conseruationem: sicut exemplificat de proiciente lapidem: cuius emissio ē in potestate nostra quia a principio possumus emittere vel non emittere. sed postq̄ emissus fuerit non ē in potestate nostra ipsum resumere: et tamen tota proiectio ē volūtaria quia pncipium eius fuit in potestate hominis. Eodem modo est in proposito. habitus generatur per operatiōes voluntarias et ideo quātum ad sui generationem ē in potestate hominis. sz postq̄ habitus fuerit generatus nō ē in potestate hominis vt statim cū voluerit abiciat ipm: sed ad hoc indiget forti et magno exercitio et conatu i operationibus 9rijs. Ad scdm dubium arguitur pbando q̄ homo non pōt ex se effici bonus quia imperfectum non fit ex se pefectū. Similiter nihil reducit seipsum de potētia ad actum. iō et c. Dicendum ē q̄ sic. quia hō i seipso habet pncipia sufficientia bonitatis. quia ex se pōt perfici in appetitu sensitiuo p rectā rationem. sicut pricipia oium actuum humanorum siue sint bōi siue sint mali sūt i nobis. s. voluntas electio et consilium vt patet ex predictis ex hoc arguitur sic. qui habet in seipso principia sufficiētia operationum bonarum pōt ex seipso fieri bonus homo ē huiusmōi. iō et c. vnde dicit Tullius in tusculanis questionib⁹. i aīmis nostris semina v̄tutū innata sunt que si bonus cultor crescere permitteret ipsa natura ad pfectum deduceret. Ad rōnes dicendum ē q̄ non ē sic de rebus pure natib⁹ et de hoie: q2 hō hz i se pncipium actiuū et passiuū: sed i mere naturalibus solū ē potētia passiua p se. Ad. 3. dubium arguit pbādo q̄ illud qd accidit i negligētia n ē volūtariū q2 oē volūtariū fundatur in aliquo actu. quia omne volūtarium ē volitum: et p 9ns vel ē actus volūtatis vel requirit actum voluntatis a quo denominatur voluntarium. sed id quod accidit ex negligentia non requirit aliquē actum vt non scire ea que homo tenetur scire vel non facere ea que homo tenetur facere non requirit aliquem actum. mera enim negatio non infert nec requirit affirmationem aliquem. Oppositum videt phylosophus hic velle q dicit q̄ ignorātia eius quod homo tenetur scire ex negligentia proueniens est voluntaria et in nostra potestate est quia in nostra potestate fuimus negligentes vel diligentes et cetera. Itez pena non infligitur iuste nisi pro peccato voluntario sed p peccato quod accidit ex sola negligētia hō punitur iuste. ideo et c. Difficultas istius dubitationis consistit in hoc vtrum omissio voluntaria aliquis act⁹ debiti possit eē sine oi actu. Et dico q̄ volūtariū accipit dupliciter. s. large et stricte. volūtariū large acceptuz ē idē qd imputabile opanti. et sic dicitur volūtariū qd est in potestate volentis: et sic oē qd est imputabile hōi siue sit p opere siue p negligētia et omissione actus debiti dicitur volūtariū coiter et large. Sed voluntarium stricte acceptum est idem qd actu volitum siue illud volitum sit actus elicitus siue actus imperatus. Dico igitur q̄ accipiendo voluntarium large sic dico q̄ omissio potest esse volūtaria absque omni actu: quod sic patet. voluntarium large acceptum est idem qd imputabile homini. sed omne illud quod est in potestate hominis est īputabile homini et per consequens voluntariū large accipiēdo voluntatium. nūc autez sicut velle ē in potestate hominis: ita non velle ē in potestate hominis. et ideo sicut velle est imputabile homini: ita non velle est imputabile homini cum sit in potestate hominis et per consequens non velle ē voluntarium. vnde sicut īputandum est homini si velit quod non debet velle: ita imputandum est homini si non velit illud quod tenetur velle: sed non velle non requirit aliquem actum: ideo voluntarium large acceptum potest esse sine omni actu. Scdo dico q̄ voluntarium stricte acceptum nō potest esse sine omni actu quia voluntatium stricte acceptum dicit actualem complacentiam voluntatis: sed actualis complacentia voluntatis non est absq; omni actu quia nō sine actu voluntatis. Ad rationem in contrarium dicendum per interemptionem hai⁹ i omne voluntarium fundatur in aliquo actu accipiēdo voluntariuz cōmuniter: nec dicit̄ voluntariū q2 ē volitū sz q2 ē i potestate volūtatis. iō et c.

Tractatus

scdus de quadaz virtute cardinali que fortitudo nominatur continens q̄ttuor capitula. pmuz ē de materia siue de obiecto fortitudinis. 2m capitulū ibi. (Terribile autem non omnibus) ē de actibus fortitudīs et viciorum inter que fortitudo ē medietas. capitulum tercium. (Dicūtur aūt et alie) ē de fortitudine non vera sed simili fortitudini vere. capitulum. 4. (circa audacias) est de proprietatibus fortitudinis.

Capitulum

pmum declarāt circa que non ē fortitudo non eni ē fortitudo circa omnia terribilia sed circa maxima vt circa mortē non tamen circa omnez mortē: sed circa bona mortem vt circa timorem mortis in bello circa alias tamen mortes vt circa mortem in mari et in egritudinibus fortis impauide se habet sed circa huiusmodi mortes non est fortitudo principaliter sed circa mortem in bello pro defensione rei publice vt oportet.

Uoniam quidem igitur medietas ē circa timores et audacias iam et prius dictum ē. Timemus autem scilicet terribilia. Hec autem sunt vt simpliciter dicere mala. propter quod et timorem determināt expectationem mali. Timemus igitur omnes mala: puta malam opinionem. inopiam. egritudinem. inimicitiam: mortem.

ISTud est primum capitulum tractatus secundi libri .3. in quo determinatur de materia seu obiecto fortitudinis: continēs tres partes principales. In prima narrat circa quas passiones est fortitudo et que sunt obiecta illarum passionum prout circa eas est fortitudo. In secunda ibi. Sed neque circa omnia. Uiso quod fortitudo est circa timorem malorum. ostēdit circa quorum timorem non est fortitudo. In tertia parte ibi. Circa qualia. igitur ostendit circa quorum timorem est fortitudo. In prima igitur parte primo narrat circa quas passiones ē fortitudo dicens quod fortitudo est circa timores et audacias sicut prius dictum est: fortitudo enim importat quādam firmitatem animi per quam animus stat immobilis circa periculorum timores. Timemus autem. narrat que sunt obiecta istarum passionum scilicet timoris et audacie dicens: quod illa que timemus sunt terribilia et eadem sunt obiecta audacie et timoris. quia illud idem quod aliquis per timorem refugit alius per audaciam aggreditur. Terribilia autem vt vniuersaliter dicamus sunt mala. et ideo philosophi diffinientes timorem dicunt quod timor est expectatio mali: et sumitur hic expectatio cōmuniter pro quolibet motu appetitus in aliquod futurum: cum tamen expectatio proprie loquendo sit nisi boni sicut nec spes. manifestum ē quod omnes timemus mala sicut malam opinionē idest infamiam paupertatem egritudinem inimicitiam et mortem. Lincon. dicit hic quod cum malum sit duplex scilicet malum quod facimus ex malicia et vicio ai quod est malum culpe. Et illud quod patimur quod ē malum pene et est priuatio alicuius boni naturalis anime scilicet vel corporis vel priuatio alicuius boni exterioris non videtur phylosophus hic intēdere nisi de malis pene de quibus hic exempli fecit. Mala autem opinio si habeatur de nobis punit nos quia naturaliter appetimus quod habeatur de nobis bona opinio. sicut naturaliter appetimus nō indigere. sed habere necessaria ad sustentatiōnem huius vite et sanos eē et amari et reamare et viuere quorum priuant ōes pene
lee sūt: circa h igitur et hiis similia ē fortitudo. H lico.

Sed neque circa oia videtur fortis eē quedam enim et oportet timere et bonum. Quod autem non malum: puta malam opinionem: qui quidem enim timet: decens dicitur et verecundus qui autem non timet inuerecundus. Dicitur autem a quibusdam fortis secundum methaphorā: habet enim aliquid simile forti. Impauidus enim quis est et fortis. Inopiam autem forsitan non oportet timere neque egritudinem: neque vniuersaliter quecunque non a malicia neque propter se ipsum. Sed neque qui circa hec impauidus fortis. Dicimus autem et hunc secundum similitudinem. Quidam enim in bellicis periculis timidi existentes liberales sunt et ad pecuniarum emissionem bene audenter habent. Neque vtique si quis iniuriam circa pueros: vel vxorem timet vel inuidiam vel aliquid taliū inuidus ē. Neque si audet flagellādus fortis.

HEc ē secūda pars huius capituli in qua phūs ondit circa quorum timorem non ē fortitudo. et primo proponit intentionem dicens quod fortitudo non videtur esse circa timorem oium malorum. Quedā. n. et oz timere. nō enim ē fortitudo circa timorem infamie et paupertatis aut inopie vel egritudinis nec ē circa timorem malorum personalium cuiusmodi sunt iniuria flagellum et huiusmodi. In prima igitur parti la declaratur. quod fortitudo non ē circa timorem infamie seu male opiniōis. et hec ē conclusio. 40. huius libri que probatur sic. fortitudo consistit in non timendo. tunc arguitur sic. Fortitudo est circa talem materiam circa quam hō laudatur in non timendo sed circa infamiam seu malam opinionem nullus laudatur in non timendo. igitur rc. Maior patet ut se et minor declaratur per hoc quod infamiam et malā opinionem semper oz timere: qui enim timet decens est et verecundus: qui autem nō timet hec est inuerecūdus. Igitur fortitudo non ē circa timorem infamie aliquis tamen ille qui timet infamiam a quibusdam metaphorice nominatur fortis quia assimilatur forti in hoc quod ē impauidus. Inopiam autem forsitan. similiter fortitudo non ē circa timorem paupertatis vel inopie aut egritudinis. et hec conclusio. 41. et probatur dupliciter. primo sic. fortitudo nō ē circa timorem eorum que nō sunt in potestate nostra nec procedunt ex malicia nostra sed magis procedunt ex malicia ne vel fortune. sed paupertas egritudo et huiusmodi non sūt in potestate nostra nec procedūt ex malicia nostra: sed magis procedūt ex malicia nature vel fortūe igitur fortitudo nō ē circa timorem talium. vñ dicit phūs quod paupertatem nō oz timere sicut nec egritudinem: nā frustra hō timet illa que non sunt in sua potestate. Sciendū tamen quod talium nō debet timere ne ex propria malicia in aliquod horum incidat. quia talis timorē vtilis ad ista vitāda. sed nō alr ille aūt qui circa hec impauidus existit vocatur fortis secundum quādam similitudinē. Quidam enim in bellicis. Secundo probatur conclusio sic ille qui ē timidus circa pericula bellica non est for

tis sed non timens paupertatem aut inopiam aut egritudinem. aliquando est timidus circa pericula bellica. quia liberalis non timet inopiam nec paupertatẽ tamẽ põt eẽ timidus i bello. et hec ratio specialiter pbat φ fortitudo non ẽ circa timorem paupertatis. Neqꝫ vniqꝫ φ ẽt fortitudo non sit circa timorem maloꝝ psonalium. cuiusmõi sunt iniuria flagellum et huiꝰ probatur: et ẽ ↄclusio. 4.2. que pbatur sic. fortis laudatur in nõ timẽdo. sed iniuria flagellum et huiꝰ sunt recta ratione timenda. igitͬ fortitudo non ẽ circa timorem talium. vnde fortitudo nõ ẽ circa timorem talium que recta rõne sunt timẽda: quia nullus laudatͬ in non timẽdo talia: sed fortis laudatͬ in non timendo. igitͬ etc. Lincon. dicit hic. φ malam opinionẽ oportet timere et cauere quantum possumus rõnabiliter ne dicatur de nobis. qꝛ si de nobis haberetur minꝰ vtiles erimꝰ rei publice: nunqꝫ tamen vir fortis p vitanda mala opinione de se amittet bonum virtutis aut malum vicij committet. Item dicit φ in huiꝰ timore medium ẽ obseruandum vt sicut digimꝰ non tñ talis timeamus φ p his tuendis vel mala culpe cõmittamus vel bona necessaria omittamꝰ. Mala autem pene que primos non scandalizant non oportet timere: nec timet vir fortis dũ tñ ipse non sit coꝝ cã per suam culpam et maliciã qualis sunt inopia egritudo tñ non segtur φ qui circa hoc ẽ pauidus sit fortis. Dec linconi.

Circa qualia

igitur terribiliũ fortis: vel circa maxima. Nullus enim magis sustinet picula. Terribilissimum autem mors: terminus n. et nihil vlterius mortuo videtͬ neqꝫ bonum neqꝫ malũ eẽ. Videbitur autem vtiqꝫ neqꝫ circa mortem que in omni fortis eẽ puta in mari vel in egritudinibꝰ. In quibus igitur: Vel in optimis. Tales autẽ que in bello: in maximo enĩ et optimo piculo. Concordes autem his sunt et honores i ciuitatibꝰ: et apud monarchias. Principaliter autem dicetͬ vtiqꝫ fortis qui circa bonam mortem impauidus: et que cunqꝫ mortẽ inferũt repentina existentia. Talia autem maxime que secundum bellum. Sed adhuc et in mari et in egritudinibus impauidus qui fortis: non sic autem vt marinarij. hi quidẽ enim desperant salutem: et mortem talem despiciunt. hi autem bñ spantes sũt pp̃ter experientias. Simul autem et viriliter agũt in quibꝰ ẽ fortitudo et bonũ mori. In talibꝰ autem corruptõnibꝰ neutrũ existit.

Hec ẽ tertia pars pncipal huiꝰ capitli in q̃ ostdit circa quoꝝ timorem maloꝝ ẽ fortitudo et itendit oñdere φ fortitudo ẽ circa timorem mortis non tamẽ cuiuslibꝫ mortis sꝫ mortis in bello. Et diuiditur. 2. pticlas. pma ostẽdit φ circa mortẽ et circa quã mortem ẽ fortitudo simplr. In. 2. ibi. Principalr. oñdit autem quo ordine se hẽt fortitudo circa omnia genera mortis. Primo igitur ostendit φ fortitudo est circa timorem mortis. et hec est conclusio. 43. et pbatur sic. fortitudo est circa timores maxime terribilium sed mors est maxime terribilis. igitͬ fortitudo est circa timorem mortis. Maior pꝫ per hoc φ nullus magis sustinet pericula q̃ fortis et virtus determinatur scdm vltimum potentie: vt dicit phylosophus pmo celi et mũdi: cum igitur fortitudo sit circa terribilia opꝫ φ fortitudo sit circa ea que sũt maxĩe terribilia. et minor patet sic: φ mors ẽ maxime terribilis quia mors ẽ totius terminus p̃sentis vite et mortuis nihil videtur contingere neqꝫ bonum neqꝫ malũ. mors igitur ẽ maxime terribilis. quia per mortem hõ perdit oĩa que habet.

Videtur autem. viso φ fortitudo ẽ circa timorẽ mortis oñdit circa cuiꝰ mortis timorẽ ẽ fortitudo. et pmo narrat φ fortitudo non ẽ circa quãcunqꝫ mortẽ quam quis sustinet in quocunqꝫ casu vel negocio: sicut in mari vel egritudine sꝫ est circa timores mortis quã quis sustinet p optimis rebus sicut contingit cum aliquis moritur in bello propter defensionem patrie vel ciuitatis et eadem ratio est de qualicunqꝫ alia morte quã qs sustinet propter bonum virtutis sed specialiter facit mentionem de morte in bello quia in bello vt frequẽtius homines ibi homines moriuntur p̃pter bonum. In maximo autem et optimo. declarat qꝺ narrauit. s. φ fortitudo ẽ circa timores mortis in bello. et hec ẽ conclusio 44. que pbatͬ dupliciter: pma sic. fortitudo ẽ circa timorẽ mortis q̃ ẽ in maximo et optimo piculo: quia virtus ẽ circa maximũ et optimum: sꝫ mors in bello ẽ in optimo et maximo piculo ergo fortitudo est circa timorem mortis in bello. Maior pꝫ ex iam dictis: et minor declaratͬ per hoc φ mors que ẽ in bello est in maximo periculo quia in bello homo citissime moritur similiter est in optimo periculo. quia est pro defensione rei publice. Intelligendum tamen est φ bellum contingit multipliciter aut quia ciuitas vult augmẽtare suum dñium. et hoc potest eẽ cũ rõne vel sine rõne. pmo mõ ẽ bonum: sed nõ ẽ maximũ bonum. 2º mõ non ẽ bonum. et ideo fortitudo nõ ẽ circa timorem mortis in huiusmõi bello: aut põt eẽ bellũ quia ciuitas intendit se defendere contra inimicos volentes ipugnare et destruere bonum publicum et circa pericula mortis in tali bello ẽ fortitudo.

Concordes autem. Secũdo pbatur ↄclusio sic. illi qui fortiter se exponunt periculis mortis i bello honorãtur tam in ciuitatibus in q̃bus plures dominãtur q̃ apud monarchias. idest apud reges qui soli dominantur: nam fortiter in bello dimicantibus et in vita et post mortem exhibentur honores. cum igitur honor sit premium virtutis sequitur φ fortitudo que est virtus est circa pericula mortis in bello

Principaliter sit. Hec ē scḋa particula tertie ptis in q̄ ostēditur q̄ audacter se hēt fortitudo circa oīa genera mortis: ⁊ intēdit dicere q᷑ fortitudo ē circa timorem mortis i bello: ⁊ circa alias mortes se hz hñ ⁊ iprouide. pbat igit̄ phūs. primo q᷑ fortitudo q̄ ē vtus ē pncipalr circa timorem mortis in bello ⁊ hec ē ɔclusio. 45. ⁊ pbatur sic. fortitudo ē pricipalr circa bonā mortē ⁊ maxime repentinam. nam opationes scḋm vtutē sūt maxime repētine sed mors in bello ē optima ⁊ maxime repētina. iō ⁊c. Sed adhuc n i mari. sz q̄uis fortitudo sit pncipalr circa timorem mortis in bello tñ fortis iprouide se hēt circa alias mortes. vt circa mortem i mari ⁊ in egritudinibus. alr tñ sūt fortes ⁊ impauidi circa mortē i mari ⁊ alr marinorū. naz fortes ⁊ si nō sperent saluari tñ nō timent cōtemnentes hui⁹ i mortē nō. n. tñ de ea curāt vt ppter eaz inordinate moueantur: sed marinorū sunt imeimidi in periculis maris quia sperāt se posse bene euadere ppter experientiam. Unde fortitudo non ē circa pericula mortis in mari vel i egritudine. Et hec ē conclusio. 4 6. ⁊ pbatur sic circa quecūq; ē fortitudo fortes viriliter aggrediuntur pericula ⁊ in talibus bonum ē mori: sed in morte que ē in mari vel in egritudie neutrum hoꝝ contingit quia nec fortes aggrediūtur talia pericula: nec aliqḋ bonuz sequr ex tali morte. vnde circa huius mortes nec est fortitudo laudabilis nec aliqḋ bonum cōsequr iō audacter aggredi talia pericula non ptinet ad vtutem fortitudinis. vnde fortitudo pōt esse circa quecūq; pericula que sustinentur ppter bonum virtutis tñ pncipalr est circa timorem mortis in bello ⁊ ista picula sūt maxia ⁊ optia.

Capitulum

scḋi tractatus 2. de actibus fortitudinis ⁊ vicioꝝ. īter q̄ fortitudo ⁊ me dictas. pmo determinans actū fortitudinis et vicioꝝ oppositoꝝ q̄tum ad timorē ⁊ audaciā deinde q̄tum ad spē ⁊ desperationē: ⁊ ille q̄ superhabūdat in pauiditate ē inoiatus. qr raro accidit: qui autē superhabūdat in audēdo circa terribilia ē audax superbus enim nō ē vere audax sed vult videri audax vel fortis. qui āt deficit in audendo ⁊ supabundat in timēdo ē timidus fortis vero medio modo se habet.

Terribile

autez nō omnib⁹ quidem idē. Dicimus āt quid ⁊ sup hoiem. hoc quidem igitur omne terribile intellectum habenti: qḋ autem scḋm hominem differt magnitudine: et i eo qḋ magis ⁊ minus. Silr autez ⁊ ausibilia. Fortis autem insupefactibilis vt hōmo: Timebit quidem igitur ⁊ talia: vt oz aūt: ⁊ vt rō sustinebit boni gratia. hic enim finis virtutis Est autem magis ⁊ minus hec timere: ⁊ adhuc non terribilia vt talia timere. Fit autem peccatorum: hoc quidem q̄a non oz: hoc āt q̄a non vt oz. hoc vero q̄a non q̄n. vel aliquid taliuz Similr autem ⁊ circa ausibilia. Qui quidem igitur que oz: ⁊ talis gratia sustinet: ⁊ timet: et vt oz: ⁊ q̄n: silr āt ⁊ audet fortis. Secūdum dignitatem. n. ⁊ vt rō patitur: ⁊ operatur fortis. Finis autem omnis operationis est qui scḋm habitum. ⁊ forti autem. Fortitudo bonum. Talis āt ⁊ finis. Determinat̄. n. vnūquodq; fine. Boni vtiq; grā fortis sustinet ⁊ opat̄ q̄ sz fortitudinē.

Istud ē capitulū scḋm tractatus scḋi i quo determinatur de actu fortitudinis ⁊ de actibus viciorum oppositorum fortitudini ⁊ continet tres partes. In prima determinat ō actu fortitudinis. In secunda ibi. superhabundantium autem. determinat de actibus viciorum oppositoꝝ fortitudini. In tertia ibi. ⁊ audaces q̄dē compat fortitudinē q̄ ē vtus ad quedam sibi silia. pma po ɔtinet duas particulas. In pma distinguit phs terribile circa quod ē act⁹ fortitudinis narrans quomodo fortis se habz circa hui⁹ i terribilia. In secūda ibi. q q̄dē igit̄ ostēd ⁊ quis ē actus pprius fortitudinis p cōpatōnem ad actus vicioꝝ oppositorum fortitudini. In pmo igit̄ pticula distīguit terribile dicēs. q᷑ non est idem terribile omnibus quia quoddam ē terribile quod est super hominem hoc ē excedens facultatem humanam cui nō potest homo resistere cuiusmodi ē terremotus inundatio maris ⁊ hui⁹ i est terribile cuilibz sapienti. Aliud est terribile quod ē scḋm hoiez quasi non excedens facultatem ipsius ad resistendum ⁊ huiusmoi potest esse terribile scḋm magis ⁊ minus. quia magis terribile est si ɔueniunt plures hostes q̄ si pauci. ⁊ similiter pōt eē magis terribile sm q᷑ magis appropinquāt n magis odiunt. nec ē idez terribile omnibus. Nam aliquid est terribile puero quod non est ē terribile viro pfecto. Eustratius dicit hic q᷑ phs p h q᷑ dic. Terribile nā oīb⁹. ondit q᷑ sūt q̄dā terribilia hoib⁹ ⁊ nīqz aliaꝝ nā amatori pecunia p obiectio pecunie ē terribilis: amatori voluptatū q̄ voluptatē impediūt: amatori āt vitā mors ⁊ sīc aliud aliquid. Fortis aūt circa pdicta terribilia sic se hz fortis q᷑ pp tiorem talī nō ē stupefactibilis nisi scḋm q᷑ ɔuenit hoi. ois. n. homo intellectū hñs timebit ea q̄ sūt supra hoiez. vnde fortis timebit talia vt oz ⁊ vt recta ratio indicat cum ea cauere n potuerit pp timorem talium discedet a recto iudicio rōis: ɔtingit autez quādoq; q᷑ aliqs magis vl min⁹ timet terribilia q̄ sūt supra hoiem vel sm hoiez q̄ recta rō indicat. ⁊ q᷑ plus ē ɔtingit qliq; q᷑ ea q̄ non sūt terribilia timeat vt terribilia. vñ peccatum ɔtigit ex h q᷑ aliquis timz quod nō oportet vel vt non oz: ⁊ sic de aliis circunstantiis sicut dictū ē de terribilib⁹ intelligēdū ē ō ausibilib⁹. Lincoln. dicit hic q᷑ terribilis

fm hominem sunt privationes et corruptiones eorum que homo fm q homo et humano affectus desiderio desiderat: studioso autē homini scdm q studiosus non sunt terribilia nisi corruptiones et privationes virtutum et operationum earum. vnde pro salute virtutum patrus ē studiosus ad sofferentiam oium scdm hominem terribilium: viciosis autem terribilia sūt voluptatum et aliorum que corrupte diligunt absentie que neq homini scdm q homo terribilia sunt neq studioso: sed sunt studioso maxime appetibilis et iocunda. hec ille. Qui q dez igitur. hec ē secunda particula in qua phs ostendit quis ē actus proprius fortitudinis. et hoc osdit per comparationem ad actus viciorum oppositorum fortitudini que sunt timere et audere. et dicit q qui sustinz que oportet et cuius gratia et timet et audet que oportet et cuius gratia: et sic de aliis circumstantiis ē fortis. et h ē cōclusio q̄rta scilicet q ille ē fortis qui audz et timet et sustinet que oportz et cuius gratia oz etc. et pbatur sic. fortis patitur per timorem et operatur per audaciam scdm q dignum ē: et secundum q recta ratio indicat et sic opatur ille qui audet et timet et sustinet que oz etc. vnde potest argui sic. qui se habet circa materiam fortitudinis scdm q recta rō indicat ille ē fortis sz qui audet timet et sustinet que oportet et quādo oportet etc. se habet circa materiam fortitudinis vt recta ratio indicat. ideo etc. Finis autem. Hic manifestat hoc qd ip̄e dixit. s. cuius gratia oz fortem operari. et dicit q finis fortis ē fortitudo idest actus fortitudinis. nā finis ois operationis virtuose ē qui scdm habitum. i. scdm cōuenientiam pprij habitus: vnūquodq autez quod ē ppter finem determinatur fine. qā ex fine sumitur ratio eorum que sūt ad finem et ideo finis fortitudinis ē aliquid ad rōem fortitudinis ptinēs. s. ppa operatio fortitudinis

Superabundātiū autez q quidē i pauiditate innoīatus. Dictum ē autem nobis in prioribus quoniam multa sunt innominata Erit autem vtiq aliquis insanus vel sine sensu doloris si nihil timeat: neq terremotū: neq inundationes: quemadmodum aiunt celtas. Qui in audēdo supabūdat: circa terribilia audax. videt ät et supb9 eē audax. et fictor fortitudinis. Ut igitur ille circa terribilia hēt: sic iste vult videri: in qbus igitur pōt imitat. ppter qd sunt et multi ipoz audaces timidi. In his .n. audētes terribilia nō sustinēt. Qui autē i timendo supabūdat timidus etenī q̄ nō oz. et vt non oz. et oia talia sequuntur ipm. Deficit autē et in audēdo: sed in tristitijs supabundans magis manifestus ē. Desparans āt vtiq qz: timidus Oia .n. timet. Fortis āt 3rius. In audendo .n. bōe spei ē. Circa hec qdē igit ē et timidus et audax et fortis. Differēter āt hñt ad hec. hi quidē enim superabundant et deficiunt. hic autē medio modo habet et vt oportet.

Hec ē secūda pars pncipalis huius capli in qua determinat de actib9 viciorum oppositoz fortitudini: et 3tinet duas pticulas In pma narrat q sūt act9 viciorz inter q̄ fortitudo ē medietas. In scda ibi. Desparans vtiq. ostēdit qualiter vicia opposita fortitudini se hēnt ad spem et desperationem. In pma igit pticula determinat de operationib9 triū oppositoz fortitudini. pmo de operatione eius q deficit in timēdo. deinde de operatione ei9 q supabūdat i audendo. 3° de opatōe eius q supabūdat i timendo. Dicit g̃ pmo qd inter vicia ad supabūdātiaz ptinētia. ille ē innoīatus q superabundat per impauiditatem cuiusmōi ē ille qui nihil timz nā talis impauiditas raro accidit: non eniz accidit nisi in aliquo isano vl i aliq̄ q nō hz sensū doloris scilicet q nihil timeat puta nec terremotuz nec inūdatōes nec aliquid taliuz sicut dicit accidere i quibusdā gētib9 q̄ dicūt celte.

Qui autem i audēdo. qui autē supabundat in audēdo circa terribilia vocatur audax. Alis quis tamē non ē vere audax sed videt. s. supbus. superbus enim fingit se esse fortem et audacem. vnde sicut fortis vl audax se hēt circa terribilia sic supbus vlt apparere. et ppter h quando pōt sine periculo imitatur opa fortis vel audacis. vnde mlti qui vnr fortes vel audaces sunt scdm veritatem timidi quia in paruis periculis audacter se habent: et qñ ea que sunt terribilia multū superueniunt non sustinent ea. vñ multi supboz sunt audaces in paruis picolis et timidi in magnis. Qui autem i timendo superabundant vocantur timidi quia timent qd non oportet timere. et sic de alijs circunstantijs: et ille qui superabundat in timendo deficit in audendo. et quāuis timidus superabundat in timendo et deficit in audendo magis tamen est vituperabilis quia superabūdat in timendo q̄ ex hoc q deficit in audēdo quia defectus non ita percipitur sicut superabundancia. Desperans autem. Hec est secunda particula. z. principalis in q̄ ostendit qualiter timidus et audax se habēt ad spē et desperationem et intendit q spes est causa audacie et timor est causa desperationis: dicit igitur q timidus est desperans omnia enim timet. sed fortis cōtrarie se habet: in audendo enim est bone spei: vnde timidus desperat et fortis est bone spei: spes enim est causa audacie et timor est causa desperationis. Cuius ratio est. nam obiectum audacie et timoris est malum sed obiectuz spei est bonum et esse desperationis et appetitus per se tendit in bonum. et per accidens tendit in malū ratiōe boni adiuncti. similiter appetitus q se refugit malum et per accidens refugit

bonum ratione mali adiuncti: et id quod ē per se ē causa illius quod est per accidens. et ideo spes cuius obiectum est per se bonum ē causa audacie que tēdit in malum et eadē ratione timor qui per se refugit malum ē causa desperationis que recedit a bono. Circa hec quidem igitur. circa predictas igitur passiones sunt timidus audax et fortis. sed differenter se hēnt ad eas quia audax et timidus superabundant in audendo et timēdo sed fortis medio modo se habet sicut oportet.

Et audaces

quidem preuolantes et valentes ante pericula in ipsis autem discedūt. Fortes autem in operibus acuti: prius autē quieti. Quēadmodum dictum ē fortitudo medietas ē circa audibilia et terribilia in quibus dictum ē: et quoniā bonum desiderat et sustinet: vel quia turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem. vel aliquid triste: non fortis: sed magis timidi. Mollicies enim fugere laboriosa. Et nō quoniam bonum sustinet: sed fugiens malum. Est quidem igitur fortitudo tale quid.

Hec est tertia pars pncipalis huius capituli in qua phs compat fortitudinē ad quedam sibi similia et continet duas particulas In prima compat fortem et audacem ad inuicē scdm differentiaz. In secunda ibi. Quēadmodū igitur dictum ē. compat fortem ad eum qui sustinet mortem pp̄ter molestias vitandas vel inopiam vel pp̄ter cupiditatez alicuius rei quā non potest habere. primo ergo ponit differentiam inter fortem et audacem que est hec. q audaces sunt ante picula puolantes. qz mouētur ex impetu passionis pter rationē. ideo velociter et ardentes currunt ad ipa pericula: sed qn sunt in ipis piculis discedunt quia motus passionis pcedentis vincitur a difficultate iminēte sed fortes quando sūt in periculis sunt acuti. sed anteq̄ periculum veniat sunt quieti. qz non agunt ex impetu passionis sed ex dliberatione rationis. Quēadmodum igitur. Hec est secunda particula tertie ptis in qua cōpat ad inuicem fortem et illum qui sustinet mortez vt vitet molestias scdm differētiam. et ē hec differentia q fortis operatur virtuose et sustinz pericula pp̄ter bonum honestum: sed ille qui moritur pp̄ter molestias vitandas vel se ipm interficit vel ab alio libenter mortez patitur ad fugiendum inopiam vel pp̄ter cupiditatē alicuius rei quā non pōt habere non facit hoc pp̄ bonum honestum: vnde sic sustinere mortē nō ptinz ad fortem sed ad timidum. et hoc pbat. s. q sustinere mortez pp̄ter molestiam vitādaz non ptinet ad fortem. et hec ē conclusio. 48. et phs df duplr. p no sic fugere laboriosa pertinz ad molliciem animi sz mollicies nō pertinet ad timidum iō fugere molestia. et laboriosa non ptinent ad fortem sed ad timidum et p q̄ns sustinere mortem pp̄ter molestiam vitandam non ptinet ad fortē. Et nō quia bonum. 2a pbatur sic. fortis sustinet mortem pp̄ter bonum honestum. sed qui sustinet mortem pp molestiaz vitandam non sustinet mortem pp̄ter bonuz honestuz. igit etc. Lincon. dicit hic. q quidam seipsos interficiunt ne paciantur inopiam magis volentes mori q̄ inopie miseriam sustinere Et quidam propter cupiditatem idest propter amorem qui dicitur eros se interficiunt: sicut legitur in poetis quasdam mulieres fuisse magis volentes mori q̄ tales āgustias et afflictiones sustinere quēadmodum legitur apud virgilium in. 4. Eneydos de dydone sed nō est fortitudo mortem eligere et assumere vt aliqua transitoria quecunq pena vitetur. Sed fortitudinis est mortem assumere. vt bonum melius q̄ sit hec vita transitoria ex morte pueniat et vniuersaliter quecunq pene sunt fortiter sustinende vt prouenīāt maiora bona ex penarum sufferētia q̄ sunt bona quibus priuatur penas sufferens per illarum sufferentiam. hec lincon.

Capitulum

tertiū tractatus secundi libri. 3. de quibusdam apparētibus fortitudinibus et non veris: et sunt quinq. quarum pma est politica sustinens pericula pp̄ter honores consequendos et opprobria fugienda et hec maxime assimilatur vere fortitudini ad quam reducuntur qui propter coactionez fortiter agūt sed hij deteriores sunt politicis eo q non fugiunt turpe sed triste. Scda est cum aliqui pp̄ experientiam sustinent pericula ex qua experiētia sunt potentes agere et non pati qui cum cognoscunt pericula fugiunt mortem magis q̄ turpe timentes. 3. est que pp̄ter furorem ire q̄ naturalissima est et assumens electionem et cuius gratia vera fit fortitudo. 4. est que bone spei qualis est presumptio inebriatoruz. Quinta est que propter ignorantiam qui deteriores sunt fortibus propter spem quia fortes pp̄ter spem per aliqd tempus permanent in periculis. sed fortes propter ignorantiam nullam dignitatem habent sed statim cum cognouerunt periculum fugiunt etc.

Dicūtur autem

et alie secūdum quinq modos. Primum quidē polytica: maxie. n. assīlat. Videt aūt sustinere picula ciues: pp eas q̄ ex legibus increpatōes et opprobria et pp honores: et pp h fortissimi videt eē apud q̄s timidi ihonorati: fortes honorati. Tales āt et Homerus facit: puta Dyomedē et Hectorē. Polydamas mihi primum redargutiones reponet et Dyomedes. Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans. Tydes autem a me: assilat āt h maxie ei q̄ pus dicta ē: q̄a pp

virtutem sit. ppter verecundiam enim ⁊ boni
desiderium. honoris.n. gr̃a. ⁊ fuge opprobrij
turpis existentes. Ponet autem vtiq; aliquis
⁊ a pncipibus coactos in idem. Deteriores au
tem quanto non propter verecundiam s; prop
ter timorem id operantur. ⁊ fugientes nõ tur
pe sed triste. Cogunt enim domini quemadmo
dum Hector quem autem ego sine in bello ti
mentem intelligam: non sibi sufficiens erit fu
gere canes. Et qui precipiũt. ⁊ si recedant percu
tientes id operantur: ⁊ qui ante muros ⁊ fose
as ⁊ talia preordinãt omnes enim cogunt. op3
autem non ppter necessitatem fortem esse: sed
quoniam bonum.

Hoc ẽ. 3. capitulum. 2. tractatus in q̃ pho
determinat de fortitudine apparente ⁊
non vera. cuius ponit. 5. modos vel species:
nam quedam fortitudo apparens ⁊ non vera
ẽ fortitudo ciuilis ⁊ quedam fortitudo milita
ris ⁊ quedam fortitudo furoris: ⁊ quedam for
titudo ppter spẽ: ⁊ quedam ẽ fortitudo appa
rens ⁊ non vera propter ignorantiam. Istud
capitulum continet quinq; partes principales
In prima determinatur de fortitudine politi
ca seu ciuili. In secũda ibi. Videtur autẽ ⁊ ex
perientia. Determinatur de fortitudie milita
ri que est propter experientiam. In tertia ibi.
Et furorem autem. Determinatur de fortitudi
ne non vera que est ppter timorem vel iram.
In quarta ibi. Neq; vtiq; bone spei. Determi
natur de fortitudine non vera que ẽ ppter spẽ
victorie. In quinta ibi. Fortes autem vidẽt ⁊
ignorantes. Determinatur de fortitudine pp
ignorantiam. In prima igitur parte ponit nũe
rum fortitudinum apparentiũ ⁊ nõ veratum
⁊ dicit q sunt quinq;. alie fortitudines defi
cientes a vera fortitudine. ⁊ pmo determinat
de fortitudine ciuili que nõ ẽ fortitudo vera.
ponẽs tres gradus fortitudinis ciuilis. pmus
ẽ q quidam ciues sustinent pericula propter
honores perpetrandos ⁊ increpationes vitã
dos. quia secundum statuta legum ciuiliũ for
tes honorantur ⁊ opprobria inferũt timidis.
⁊ ppter hoc apud illas ciuitates in quib⁹ timi
dis inferunt opprobria ⁊ fortes honorantur in
ueniũtur viri fortissimi scđm hanc fortitudinẽ
⁊ fortassis scđm fortitudinem verem. Tales
autem inducit exempla ex homero qui descri
bens troianum bellum inducit taliter fortes
scilicet ppter honores consequẽdos ⁊ vitupia
vitanda: ⁊ inducit Dyomedem ex parte greco
rum ⁊ hectorem ex parte troianorum. inducit
enim hectorẽ dicentem hec verba. polidamas
idest quidam dux troianorum. Primus redar
gutionem reponet mihi. i. pmo me redarguet si
non fortiter egero. Et dyomedes ex parte gre
corum seipsum exhortans ad fortiter agendũ
Hector apud troianos cõcionans dicit laudãs

se ⁊ me vituperãs Thytides idest Dyomedes
qui sic nominat⁹ ẽ a patre ame fugit ⁊ vict⁹ ẽ

Assimilatur autem fortitudo politica que
ẽ propter opprobria vitanda ⁊ ppter honores
cõsidos maxime assimilatur vere fortitudini
cũ sit ppter verecundiam que ẽ timor de tur
pi ⁊ ppter honorem qui est testimonium ṽtutis
⁊ honestatis. quia igitur honor ẽ propinquus
bono honesto ⁊ vituperium turpi ĩ honesto. iõ
ista fortitudo ẽ ppinqua vere fortitudini que
intendit bonum honestum ⁊ fugit inhonestu3
⁊ ppter hoc ista fortitudo maxime assimilat
vere fortitudini. Ponet autẽ vtiq; aliqs.
scđs grad⁹ fortitudinis politice ẽ fortitudo q̃
ẽ propter timorem pene future: aliqui enim su
stin nt pericula in bello per coactionem super
rioris pmittentis penam si fugiant. ⁊ ista for
titudo est deterior q̃3 precedens. ⁊ hec est con
clusio. 49. scilicet q fortitudo que ẽ propter ti
morem pene ẽ deterior q̃3 fortitudo que ẽ ppt
honorem impetrandum vel opprobriũ vitan
dum. pbatur sic. illa fortitudo que ẽ propter
minus malum vitandum ⁊ minus bonũ cõse
quendum ẽ deterior q̃3 illa que ẽ ppter maius
malum vitandum ⁊ magis bonum cõsidu3. s3
fortitudo que ẽ ppter timorem pene est ppter
minus malum vitandũ ⁊ min⁹ bonum cõsidũ
q̃3 fortitudo que ẽ ppter honorem impetran
dum vel opprobrium vitandum. g̃ ⁊c. Maior
patet de se ⁊ minor declaratur: quia honor est p
pinquior virtuti ⁊ magis bonum q̃3 vitatio pe
ne: ⁊ malum inhonestum ẽ deterius q̃3 malum
triste. qui igitur ppter timorem pene aggredi
tur picula ppter minus bonu3 cõsequendu3
⁊ min⁹ malum vitandũ aggreditur pericula ẽ
deterior q̃3 ille qui exponit se periculis ppter
honorem impetrandum ⁊ opprobrium vitan
dum. vnde isti sunt deteriores qui ppter timo
rem opantur fortia q̃3 qui ppter verecundiã.

Intelligendum ẽ hic scđm Lincoln. q verecũ
dia ⁊ honor sunt ita ppinqua virtuti ⁊ bono
q auctor questionis sumẽs cõmuniter nomia
virtutis ⁊ boni verecũdiam virtutem vocat
⁊ honorem bonum. fuga autem opprobrij ex ve
re turpi idest vitio vere bonum dici põt. nõ ta
men fuga opprobrij ex alia cã q̃3 ex malitia vir
tuti opposita. hec Lincoln. Cogit enim dñi.
ponit exemplum pncipum cogentiũ subditos
ad preliũ hectorẽ minãtẽ Troianis sic dicẽtem
quẽ ego sine ĩ bello timẽtẽ itelligã sic ṽberabo
eũ q ñ erit sibi sufficiens fugere canes. s. quia
canes comedent eum. quia eius cadauer proij
cietur canib⁹. Et qui precipiũt. terti⁹ grad⁹
fortitudinis polytice est quando aliqs sustinet
tristia ⁊ terribilia per coactionem superioris
actu penã infligentis. Quidã enim precipiunt
subditis fortiter pugnare ⁊ ipsos percutiunt:
si fugiant a pugna. Aliud exemplum eiusdẽ

pōit eos .s. qui ante muros foueas ⁊ huiusmōi
obstacula ordinant ne possit praeliantibus fu-
ga patere: oportet enim tunc fortiter pugnare:
aut succūbere sed nullus horum ē vere fortis
quia non est fortem eē ppter necessitatem vel
coactionem: sed voluntarie ⁊ propter bonum
virtutis.

Videtur dt ⁊ expiētia circa singula-
ria fortitudo eē. vñ ⁊ So-
crates existimauit sciaz eē fortitudinez: tales dt
alij quidem in aliis. In bellicis autem milites.
Videntur autem multa eē inania belli que ma-
xime conspexerunt isti. videntur vtiqz fortes q̄
aliam non sciunt alia qualia fuerunt: deinde facere
sed non pati maxime possunt experientia: ⁊ cu-
stodire ⁊ percutere potētes vti armis ⁊ talia hñ-
tes qualia vtiqz erūt: ⁊ ad facere ⁊ ad non pati
fortissima. Queadmodum igitur inermib⁹ ar-
mati pugnant ⁊ athlete idiotis: etenim in tali-
bus agonibus non fortissimi pugnātissimi sūt
sed maxime potentes ⁊ corpora optima hñtes
Milites autem timidi sunt qn̄ superextenditur
periculum ⁊ deficiunt multitudinibus ⁊ ppa-
rationibus. primi enim fugiunt: ciuilia autē p-
manentia moriuntur. Quod in Hermeon con-
tigit. his quidem enim turpe fugere: ⁊ mors ta-
li salute eligibilior. Hi autem ⁊ ex principio p-
iclitabantur vt meliores existētes: cognoscētes
autem fugiunt mortē magis turpi timentes.
Fortia autem non talia.

H Ec ē scda ps pncipalis huius capli in q̄
determinatur de fortitudine militari q̄
ē ppter experientiam. Experti enim certius ope
rant circa singula ⁊ milites in bellicis sunt ex-
perti. vnde cum aliquis sustinet picula ppter
experientiam exponit se periculis p fortitudinē
militarem: scia enim ⁊ experientia multū faciūt
ad fortitudinem ⁊ ad alias vtutes. vnde So-
crates estimauit sciam eē fortitudinem ⁊ estima-
uit q scientie ⁊ vtutes sunt idem totaliter. talem
fortitudinem ppter experientiā habēt milites
Milites enim experti sunt ī bello ⁊ ppter ex-
perientiam non credunt periculum iminere.
vnde ibi pugnāt cuz aliis sicut armati cū iner-
mibus ⁊ sicut pugiles cuz idiotis .i. cū ensticis
inexptis quia in talibus actibus athletarum
non illi qui maxime possunt pugnare sūt fortis-
simi scdm corpus sed illi qui sūt maxime potē-
tes ppter experientiam ⁊ hñt corpa optime di-
sposita per assuefactionem in armis. Mili-
tes autem timidi. cpat fortitudinem ciuilem
ibi: Eyrones. determinat de vitio quod perti-
net ad defectum. p̄mo ergo circa vitium iactā
tie ostendit tria. primum est quot modis viti-
um iactantie cōmittitur. Secundum est fm
quid vitiuz iactantie precipue attenditur.
Tertium est in quibus vitium iactantie preci
pue committitur. Quantum ad primum in-
tendit dicere q̄ vitiuz iactantie committitur
tripliciter. Primus modus est quando ali-
quis iactat sibi inesse ea que non insunt vᷝ ma
iora inesse q̄ insunt nullius gratia: nisi quia
in hoc delectatur et talem dicit habere quan-
dam similitudinem mali ex hoc q̄ gaudet de
mendatio: veruntamen talis est magis van⁹
q̄ malus. non enim est nociuus aliᷣ. sed ē va-
nus: quia delectatur in re que nec de se ē bo-
na: nec vtilis. Secundus modus est quando
aliquis iactat se propter appetitum glorie et
honoris. et talem non dicit philosophus esse
multum vituperabilem: quia gloria et honor
habent quandam affinitatem cum rebus ho-
nestis propter quas aliqui laudantur ⁊ hono-
rantur. Tertius modus ē quādo aliqui iactāt
se gratia argenti vel alicuius alteri⁹ c⁹ preciū
potest estimari vel appreciari argento: ⁊ talez
dicit esse magis deformem: quia propter mi-
nus bonum mentitur. Non in potentia. nar-
rat secundo fz quid precipue attenditur iactā-
tia. ⁊ intendit q̄ iactantia precipue attenditur
fm electionem non fm potentiam: ex qua pōe
se iactare. vnde non iudicatur aliquis iacta-
tor ex eo q̄ habet aliquid vel non habet vnde
potest se iactare: sed ex eo q̄ hoc eligit. dicitur
enim aliquis iactator fm habitum ad quem
sequitur talis electio. sicut etiam ē de mēdaci
qui dicitur mendax eo q̄ eligit mentiri: vel eo
q̄ gaudet mendacio: vel quia mētitur p̄pter
appetitum glorie vel lucri. Qui quidem igi
tur. Tertio circa iactantiam narrat in qui-
bus vitium iactantie precipue cōmittitur: et
dicit q̄ illi qui iactant se nullius gratia: fz so-
lum ex eo q̄ gaudent de ipsa iactantia indiffe
renter se iactant d̄ quibuscunq3. sed illi qui ia-
ctant se causa glorie fingunt sibi talia inesse: q̄
videntur laudabilia: sicut sunt opera virtuo-
sa: vel que pertinent ad felicitatem politicam

cuiusmodi sūt nobilitas generis diuitie et alia huiusmodi. illi vero qui iactant se causa lucri fingunt talia in quibus alij delectantur aliquas nihil lucrarentur: et in sic iactando scruciant quod illa de quibus se iactāt sint talia: que si nō sint vera possit tamen eorum falsitas latere: ita quod falsitas non possit in illis faciliter percipi. et ponit exemplum de duabus scilicet de his que pertinent ad medicinam: quia omnes desiderant sanitatem: nec potest faciliter a multis deprehendi vtrum medicus in medicando erret vel non. Alia autem sunt que pertinent ad diuinationes futurorum de quibus naturaliter homines sollicitantur: et circa que mendacium non de facili deprehenditur. et ideo illi qui iactant se propter lucrum fingunt se esse medicos vel sapientes in diuinando. vel potest li sapientem referri ad vtrūqȝ scilicet ad medicum et diuinatorem. fingunt enim se tales esse sapientes medicos vel sapientes diuinatores. Eyrones. hec est secunda particula quarte partis in qua determinatur de vicio quod pertinet ad defectum de quo ostendit duo. primo comparat illud vitium in defectu ad vitium in excessu. secundo ostēdit quibus modis istō vitium cōmittitur. Dicit ergo primo quod eyrones qui minus dicunt de seipsis quam sic sunt minus vituperabiles quam iactatores. et hec ē cōclusio. 46. que probatur sic: illi qui sunt gratiosiores secundum mores sunt minus vituperabiles. sed eyrones videntur esse gratiosiores secundum mores quam iactatores. ideo et cetera. Maior patet de se. et minor apparet ex hoc quod eyrones minus dicūt minus inesse quam insit non causa lucri: sed quasi fugientes timorem superbie. vnde timēt quod si dicerent talia inesse eis qualia insunt quod propter hoc fierent superbi. Unde potest sic argui: illi sunt minus vituperabiles qui operantur propter causam meliorem vel minus vituperabilem. sed timor superbie propter quam eyrones operantur est minus vituperabilis quam lucrum. ideo et cetera. Sed et maxime. istud vicium in defectu tribus modis cōmittitur: nam quedam maxime negant sibi inesse ea que pertinent ad magnam gloriam: que tamen in rei veritate insunt eis: sicut socrates existens sciēs negauit se esse scientem. Quidam etiam negāt sibi inesse quedam parua bona: que tamē eis insunt: et de quibus est manifestū quod eis insunt et tales vocantur blanckopamirgoy. quasi in quadam astutia simulationis suas delicias habentes: quia paemirgoy grece idem est quod astutus latine. blanckon idem est quod deliciosū et hoc dicit philosophus esse de facili contemptibiles: quia nimis manifesta est eorum simulatio. talis enim defectus in exterioribus videtur quandoqȝ ad iactantiam pertinere cum per talē simulationem intendant se ostendere meliores et magis moderatos: sicut laconij qui deferebant vestimenta magis despecta quam deceret eorum statum: quia tam superabundantia bonorum exteriorum: quam etiam moderatus defectus videtur ad iactantiam pertinere: quia per vtrunqȝ ostenditur quedam excellentia bonis. Quidam vero sunt qui moderate vtuntur hoc vitio: quia non omnino negant de se gloriosa: necqȝ etiam asserunt nimis parua. et vtuntur hoc vitio in his que non sunt prompta et manifesta: et tales dicuntur gratiosi ut dictum est. Opponi autem videtur iactator veridico. Deterior enim est. hec est quinta pars in qua determinatur de oppositione istorum vitiorum ad virtutem et probatur quod iactantia magis opponitur veritati quam eyronia. et hec ē cōclusio. 47. et probatur sic: illud vitium quod est peius magis opponitur virtuti: sed iactantia est peior quam eyronia: ut patet ex precedentibus ideo iactantia magis opponitur virtuti: que ē veritas

Capitulum tertium

tractatus quarti de eutrapelia et eius extremis in quo ostenditur quod circa ludos potest esse collocutiō et etiā auditio media et etiam superabundantia et defectus. deinde quales sunt superabundantes qui sunt bomolochi: et quales deficientes qui sunt agroi et quales medij qui sunt eutrapeli. et quod differentium differentes contingit esse ludos: et quod non est determinatum in quibus consistit bene conuiciari: quod tamen oportet quandoqȝ facere et quod propter interminationem ipsum sic conuiciantem oportet sibi legem existere. et quod bomolochus est minor derisore: et quod bomolochus nihil veretur de quocunqȝ dicere eorum que risum faciunt: quorum tamen quidem nō sustineret de se audire. et quod agroi ad tales collocutiōes inutiles in omnibus tristatur: et quod ludus est necessarius ad vitam humanam: sicut requies quedam: et circa quorum cōmunicatiōnem sunt differenter tres dicte in vita medietates.

Xistēte aūt requie

in vita. et in hac cōuersatiōe cū ludo. vīr et hec ē col ocutio quedā cōsona et quas oz dicere. et vtoz sic ārt et audire. Differt āt in dicendo talibus: vel talia audire. manifestū āt quod circa hec ē et supabūdātia quedā et defect⁹ medij.

Istud ē ca⁹ 3⁹ tractatus q̄rti in quo determinatur de medietate q̄ ē circa ludos et de eius extremis. et continet quatuor partes principales. In prima ostēdit quod circa ludos pōt eē virtus et superabundantia et defectus. In secunda ibi: Qui quidem in derisione. narrat q̄ sūt extrema et quod medium circa ludos. In tertia ibi Medio autem habitui. ostēdit specialiter qd

ꝓprie ꝑtinet ad vnūquodqȝ istoꝝ trium habituum. s. virtutis ⁊ vitioꝝ ꝑdictoꝝ. In q̄r ta parte ibi: Trea igitur que dicte. ostēdit differentiā inter hanc virtutem: que est circa ludos ⁊ duas virtutes īmediate ꝑcedentes. In ꝑma igitur parte ostendit ꝙ circa ludos pōt esse virtus ⁊ vicium. ⁊ hec est conclusio. 48. ec ꝓbatur sic: circa illud quod est vtile in vita: ⁊ in conuersatōe hūana: ⁊ circa quod pōt esse supabundantia ⁊ defectus circa illud pōt eē virtus ⁊ vitium: sed ludus ē vtilis in vita et conuersatione humana: ⁊ in eo reperiť supabūdantia ⁊ defectus. igiť circa ludos pōt eē virtus ⁊ vitium. maior ē nota ⁊ minor declarať q̄tum ad eius vtranqȝ partem. ⁊ ꝑmo ꝙ lud⁹ ē vtilis in vita ⁊ conuersatione hūana: ⁊ ꝓbatur ꝑ hoc: quia ꝑ ludum fit quedā requies hominis ab anxietate sollicitudinis in vita hūana: ⁊ talis requies est homini vtilis in vita et conuersatione hūana. sicut enim corpus indiget interduȝ in corporalib⁹ laboribus desistere ita indiget ꝙ anima hominis interdū requiescat ab intentione animi qua homo rebus seriosis intendit: ⁊ ita pȝ ꝙ ludus habet rōnem boni ⁊ vtilis. In ludis enim potest esse quedā conueniens collocatio hominum ad inuicem. s. ut homo dicat et audiat qualia oportet: ⁊ sicut oportet. ⁊ sic patet ꝑma pars minoris. ⁊ secunda pars eius. s. ꝙ circa ludos potest eē superabundantia ⁊ defectus pȝ per hoc ꝙ vbicunqȝ est differentia eoꝝ que nō oporȝ ibi nō solum est medium: sed etiam superabundantia ⁊ defectus a medio. sed circa ludos est differencia eoꝝ que oportet: ⁊ eoꝝ que non oportet: quia sepe homo decenter audit in ludis q̄ decenter diceret: ⁊ homo decenter audit q̄ nō decenter diceret. ⁊ ita in ludis sunt quedam q̄ oportet audire ⁊ dicere: ⁊ quedam q̄ non oȝ audire ⁊ dicere.

Qui quidē in derisione

superabundāt bomolochi videnť esse: ⁊ honerosi desiderantes omnino risum: ⁊ magis coniectantes risum facere q̄ȝ dicere decore: ⁊ non contristare derisum conuitiatū. Qui autē neqȝ vtiqȝ ipsi dicant aliquid ridiculum: ⁊ dicentibus molesti sunt: agrioi ⁊ duri videntur esse. Moderate autem ludentes eutrapeles appellantur: puta bene vertentes. moris.n. videnť tales motus esse. quemadmodū āt corpora ex motibus iudicantur: ita ⁊ mores. Redundāre autem risu ⁊ pluribus gaudēdo ludo: ⁊ ipso conuitiari magis q̄ȝ oȝ: ⁊ bomolochi eutrapeli appellanť ⁊ gratiosi q̄si. āt adhuc differūt nō parū ex his que dicta sunt manifestū:

Hec est scđa pars h⁹ capituli in qua pħs narrat que sint extrema ⁊ qđ mediū circa ludos. ⁊ dicit ꝙ illi qui supabundant in derisione ludi dicuntur bomolochi. i. raptores tēpli ad similitudinem miluoꝝ qui volabāt circa templū ut raperent intestina animaliū immolatoꝝ: ⁊ ita bomolochi insidianť ad hoc ut ex dictis vel factis hominis possint aliquid rapere qđ conuertant ī derisionē seu risum. ⁊ iō tales sunt honerosi: quia semꝑ intendūt facere risum: ⁊ ad hoc magis student q̄ȝ ad hoc ut dicant aliqua decora ⁊ honesta: aut ꝙ non perturbeť ille cui ingerunt conuitium ex ludo: magis volunt dicere aliqua turpia ex quibus alij turbenť q̄ȝ ꝙ non inducant homies ad risum. Qui autem neqȝ ipsi. Illi vero qui deficiunt circa ludos: qui neqȝ volūt dicere aliquod ridiculum ⁊ molesti sunt illis qui dicūt dicūť agrioli. i. agrestes ⁊ duri: quia non emolliunť per delectatōem. Moderate autem. s3 illi qui moderate se habent in ludis vocanť eutrapeli: quasi bñ vertentes: quia ea que dicunť ⁊ siunt in ludis conuenienť vertunt in risum: sic oȝ ⁊ qñ oȝ ⁊ vbi oȝ. ⁊ sic de alijs circūstantijs. Moris enim tales. omnia predcā. s. facere risum superabūdanter vel diminute vel moderate sūt indicia vel dispositiōes moralis interioris. sicut enim per motum corporalem exteriorem indicať interior corporum dispositio ita per exteriores operationes hoīs discernantur motes interiores. Redūdante aūt risum. sed q̄uis circa ludos sint habitus extremi ⁊ etiaȝ habitus medi⁹ tñ qñqȝ apud aliquos extremū supabūdās accipiť ꝓ medio: qꝛ enim risus ad multos redundat ⁊ multi sunt g magis q̄ȝ oȝ delectanť in ludo: ⁊ in hoc ꝙ alij dicunť ꝯutia iocosa ꝓpter hoc apud eos bomolochi vocanť eutrapeli: qꝛ sūt eis gratiosi. supabūdāt enī in ludo q̄ȝ plures homines ⁊ superabundāter diligunt. verūtamē non parū s3 multū differūt bomolochi ab eutrapelis: sicut patet ex ꝑdictis.

Medio autem habitui

ꝓpriū ephidiflotis ē. Ephidosij āt ē talia dicere ⁊ audire qualia ⁊ modesto ⁊ liberali congruūt. Est.n. quedā decentia talem dicere ⁊ in ludi ꝑte ⁊ audire. ⁊ liberalis ludus differt ab eo qui seruilis ⁊ disciplinati ⁊ indisciplinati. Uidebit aūt vtriqȝ alīq. ⁊ ex comedijs veteꝝ ⁊ modernoꝝ. his quidē.n. erat derisio turpiloquiū his autem magis suspitio. differūt āt nō parū h ab honestate. vtrum igitur bene conuitiantem determinanduȝ ī dicendo non que decēt liberalem: vł in non tristando audientē. vł ēt delectando. ⁊ tale qd indeterminatū. aliud.n. alij odibile ē ⁊ delectabile. talia autem audiet que.n. sustinet audiens hec ⁊ facere videť. nō vtiqȝ oē faciet. cōuitiū.n. contumelia q̄dā3 est legū positores āt q̄dā ꝯtumeliosa dicere ꝓhibēt. Oportebat āt forte et cōuitiari. gratiosus

vtiqȝ ꝛ liberalis sic hebit: puta lex eris sibiipsi talis quidē igiẗ medi⁹ siue epid. xi⁹: siue eutrapel⁹ oꝭ. Bomolochus āt minor ē derisore: ꝛ nȝ a seipso neqȝ ab alijs recedēs: si risū faciat. ꝛ talia dicens q̄z nullū diceret vtiqȝ gratiosus. q̄dā āt neqȝ audiet. Agryos āt ad tales collocutōes inutilis. nihil. n. ꝯferēs in oib⁹ tristatur. Videẗ aūt requies ꝛ ludus in vita eē necessarium.

Hec ē tertia pars p̄ncipalis in qua ōn̄diẗ quid ꝓprie ptinet ad p̄dictos habit⁹ ꝛ cōtinet tres pticulas. In p̄ma oñdit qd ꝓprie ptinet ad habitū mediū. In scd̄a ibi: Bomolochus āt. oñdit quid ptinet ad extremū supabūdātie. In tertia pte ibi: Agryos āt. oñdit quid ptinet ad extremū in ðfectu. In prima pticula ostendit duo. p̄mū est qualiter eutrapelus se bȝ v̄r circa ludū. scd̄o oñdit qualiter se habȝ spāliter circa conuitia iocosa. dicit ergo primo ꝙ habēti habitū mediū ptinet ꝓprie ad illud quod ē ꝓpriū epidixiotis. i. bene aptatis et dispositis ad hoc ꝙ cū hoīb⁹ ꝯuersenẗ. ad talēz enim scȝ eutrapelum ptinet ꝙ dicat ꝛ audiat talia que ꝯgruunt viro modesto ꝛ liberali q̄ s. liberū aīmū habeat a seruilibus passiōib⁹. Est eni quedā. pbat quod p̄misit. s. ꝙ ad habētem virtutem circa ludos ptinet decētia in ludo dicere ꝛ audire. ꝛ hec ē conclō. 49. ꝛ pbaẗ sic: vbicūqȝ ē inuenire aliqd quod decenter fieri pōt hoc ptinet ad virtutem. sȝ circa ludos ꝯtingit dicere ꝛ audire quedā ꝯueniētia ꝛ decentia. igiẗ ad habentē virtutem circa ludos pertinet decentia in ludo dicere ꝛ audire. Minor patet dupliciter. primo ex differētia ludorū. ludus. n. liberalis hoīs differt a ludo hominis seruilis in hoc ꝙ ludus hoīs liberalis ē circa hon̄a ꝛ honesta ꝛ ludus hoīs seruilis est circa seruilia ꝛ inhonesta. ꝛ ludus hominis disciplinati. i. instructi qualiter debet ludere differt a ludo hoīs indisciplinati: quia ludus vnius est circa honesta ꝛ decentia ꝛ ludus alteri⁹ est circa inhonesta ꝛ idecentia. ꝛ sic pȝ minor scȝ ꝙ circa ludos ꝯtingit dicere ꝛ audire ꝯuenientia ꝛ decentia siue honesta. Videbiẗ āt vtiqȝ. scd̄o pbaẗ eadem minor ex comedijs. i. rep̄sentationibus collocutōnū hominū ad inicē tam veterū q̄ȝ modernoꝝ. nā si alicubi ī talib⁹ narrationibus cōcurreret aliquid turpiloquium ex hoc quibusdam generabatur derisio quia talia turpia in risum vertebanẗ. quibusda vero generabaẗ suspicio dū suspicabanẗ eos q̄ turpia loquebanẗ: vel ad turpia ridebāt habere aliquod malū in corde. sȝ q̄ in talib⁹ collocutōnibus honesta dixerūt: nec hēbant in derisione: nec ī suspiciōe: ex quo manifestū ē circa ludos contingere dicere ꝛ audire decentia ꝛ honesta. Vtrū ergo. ostendit qualiter se habȝ eutrapelus circa conuitia iocosa. ꝛ circa hoc primo mouet q̄ōnem. s. vtrum determinandū sit ꝙ aliqs bene conuitieẗ in ludo ex pte eoruȝ q̄ dicit. s. qꝛ dicit ea que quēlibet liberalē ꝛ virtuosum cōuenit dicere. vł determinabiẗ ꝙ aliquis: sicut bene ꝯuitians ex pte finis vel effectus. s. qꝛ non intendit contristare audientem vel quod plus est: qꝛ intendit eum delectare. Et tale quidem. rn̄det p̄mo ad scd̄ā partem q̄ōis. d. ꝙ h̄ indeterminatū ē. s. ꝙ ꝯtristet aut delectet audientē: qꝛ diuersis diuersa sūt odibilia ꝛ delectabilia: ꝛ vnusquisqȝ talia libēter audit que sunt sibi delectabilia: ꝛ illa que alij patienter sustinent audire: hoc videẗ facere dicēdo ea alijs dūmō nō intendat eos contristare. Non vtiqȝ esse. soluit quantū ad p̄mum mēbrū ꝯclusionis. s. q̄ātū ad ꝯuitia que dicuntur: ꝛ dicit ꝙ manifestū ē ꝙ virtuosus nō faciet. i. non ꝓponet omne cōuitiū: qꝛ quoddā vicium est contumeliosū in quo aliquis diciẗ ex quo hō infamaẗ. ꝛ h⁹mōi vitiū dicere ꝓhibēt legis positores. Alia sūt ꝯuitia q̄ oȝ dicere propter delectatōēz vł ꝓpẗ emendatōēz hoīum q̄ dicunẗ absqȝ alicui⁹ ifamia: ꝛ ille q̄ hn̄ se hȝ in ꝯuitiando: sic gloriosus ꝛ liberalis ē sibiipsi lex nū. s. q̄ ꝓpriā electōēm viuat que lex ꝓhiber: ꝛ vtiẗ eis que lex concedit. tal ergo ē hn̄s mediū hitū. qualiẗ āt noieẗ vtz. s. epidixi⁹. i. aptus ad conuersandū cū hoīb⁹ siue eutrapelus. i. oīa hn̄ vertēs q̄ dicunẗ ꝛ fiunt in ludo. Bomolochus autem. hec est secunda particula tertie ptis in qua philosophus ostendit qd ptinet ad vitiū superabūdantie. s. ad bomolochū: ꝛ cū vterqȝ tā derisor q̄ȝ bomolochus itēdit risum facere. ponit differentiā inter bomolochū ꝛ derisorem. ꝛ p̄mo ꝓponit ꝙ bomolochus est minor. i. minus malus derisore. ꝛ hec ē conclusio. 50. que probatur per differentiā que est inter bomolochum ꝛ derisorem: que talis est ꝙ bomolochus solum intēdit facere risum in ludo. ꝛ ideo non recedit a se nȝ ab alijs quia tam de dictis q̄ȝ de factis suipsius: et etiam aliorum intendit facere risum. ꝛ ad faciendum risum talia dicit quorum nullum diceret homo gratiosus et virtuosus. et quedaȝ horum non solum diceret virtuosus: sed nec etiam audiret: nec etiam conuitians audiret de seipso. sed derisor intendit aliquem confundere scilicet illum quem deridet. ꝛ ex hac differentia potest conclusio sic probari. ille est minor idest minus malus qui minus malum intendit. sed talis ē bomoloch⁹ respectu derisoris: qꝛ bomolochus solū intendit risū: ꝛ derisor intendit confusionem hominis; ꝛ risus est minus malum q̄ȝ confusio hominis. ideo ꝛc̄. Agryos autem. Hec est tertia particula tertie partis in qua determinatur de vitio in defectu. ꝛ dicit ꝙ ille qui est agryos idest agrestis est omnino inutilis ad huiusmōi collocutiones

ludricas nichil enim confert ad eas sed i omnibus talibus contristatur & in hoc est viciosus. & hoc probat phs scilicet q agrios .i. agrestis e viciosus. & hec e conclusio. Si. & probatur sic. ille qui tristatur & abbominatur illud qd pertinet ad vitam humanam necessario e viciosus. sed ludus e necessarius ad vitam huanam sicut requies quedam. & agrios abbominatur ludum. ideo agrios e viciosus

Tres autem que dicte sunt i vita medietates. Sunt autem omnes circa sermonu quorundam & operum coicationem. Differunt autem quoniam h quidem circa veritatem e. hec autem circa delectabile. Earum aut que circa delectationem. hec quidem in ludis. hec aute in his que s'm alia vitam colloquys.

Hec e quarta pars principalis huius capituli in qua ostendit differentiam huius virtutis ad duas virtutes imediate predictas. & dicit q tres sunt medietates in vita humana & iã dce q oes sut circa coicatione sermonum & ope. sed differunt ab inuicez. q2 vna consistit circa veritatem in dictis & factis hominum q vocat vitas moralis de q dictu e in caplo imediate pcedente. sz alie due virtutes sut circa delectabile i dicti vl in factis hoiuz quarum ista de qua nunc agitur hic consistit circa delectabile in ludis & alia consistit circa delectationem que e in colloquys secudu alia vitam scilicet in colloquys & factis seriosis.

Circa istud capitulu sut duo dubia. Primu est vtru circa ludos possit ee virtus secundu. vtrum in superfluitate & defectu ludi sit viciu

Ad primum arguitur probando q circa ludos non potest esse virtus quia omnis virtus e circa arduu & difficile vt p3 ex scdo hui. sed ludus non e arduum nec difficile. ideo &c. secundo sic. ois opatio virtutis ordinatur ad felicitatem vt p3 ex primo hui. sz ludus no ordinat ad aliud vt p3 ex .x. o. huius. io circa ludos non e vtus. Ite circa illud qd e puerile no e virtus cum vtus sit qda maturitas metis sz ludere e quodda puerile. io &c. In oppositu e phs. Ad scdm dubiu arguit pbado q nec in supfluitate nec in defectu ludi possit ee viciu maxime histriones maxie vtur supflui in ludo. si igit supfluitas ludi eet vicium oes histriones essent i statu peccati & per 9ns oes peccarent qui eoz ludis intederet & qui ipis aliqua largirentur tamq peccati fautores. Ite q excusat a peccato no vr ee viciosu. sz ludus qnq excusat a peccato q2 multa fiunt i ludo q no repbedut que si seriose fierent grauiter punirentur. In oppositum est phus. Ad primum dubiu e dicendu q circa ludos pot ee vt moralis q2 circa oe illud pot ee vt moral circa qd pot ee supabudatia & defect vt patebit i solutoe du

by. sz ludus e hui. io &c. Item oe illud qd fatigatur in opando indiget qnq aliq gete qua recreet sed aia coiuncta corpori fatigat i speculando imalia. io idiget qnq aliqu gete q recreetur vt possit alys melius & profundius speculari. fatigatio. n. aie tollit p quietem aie sicut fatigatio corpis tollit p quietem corpis. sed ges aie e delectatio q e i ludo p que aimus hois i sua speculatione relaxatur ne nimis frangatur vt sicut arc materialis frageret si seg extenderetur & no relaxaretur: sic animus hominis frageretur & oino a speculando deficeret si nunq a sua itensione remitteretur sicut dicit hic Eustratius. Cum igitur circa quod ordinatur ad bonum hominis & ad felicitatez pot ee virtus p3 q circa ludos pot esse virt.

Ad pmum i 9rium. cu dicit q ludere non e difficile. dicedum q lz ludere absolute no sit difficile tn observare debitam moderationem vt scilicet p delectationem i ludo tollatur fatigatio anime e difficile. & circa istam difficultatem e virtus que e circa ludos. Ad aliud cum dicitur q illud circa quod e virtus ordinatur ad aliud dicendu q qual's ludus scdm se non ordinatur ad aliud cu delectatio q e in opationibus ludi que queritur ad recreationez & quietem anime ordinatur ad aliud. s. ad feruentiorem operationez virtutis. & ita lud mediante alio ordinatur ad felicitate vt mediante delectatione que est i ludo. Ad aliud dicendum est q licet ludere absolute sit puerile non est tamen puerile obseruando in ludis debitas circunstantias vt scilicet ludus congruat loco tempore & persone. & sic de alys circunstatys non est puerile. Ad secundu dubiu dicendum q tam superfluitas q defectus ludi sunt viciosa. qd patz quia qd excedit recta regulam rois recte aut deficit ab ea e viciosu sz supfluitas ludi excedit recta regulam recte ronis & defectus ludi deficit a recta regla ronis io &c. & q istorum viciorum sit peius videtur ad pns q defectus ludi qui tollit delectationem ludi est minus viciosus q superfluitas ludi que delectationem ludi prosequitur tamqua finem. Ad primum in contrarium dicendum e q cu ludus sit necessarius in vita humana sicut dicit phus in textu & ad omnia necessaria humane vite possunt aliqua officia licite deputari. ideo est dicendum q officiuz histrionum quod ordiatur ad exhibendu solatium & delectationem non e scdm se illicituz nec sunt histriones pptr officium in statu peccati dum tamen vtantur ludo moderate & vt oportz &c. ad quod sut eis tria necessaria. pmu e q nec i ludo nec i delectatione ludi 9stituat finem. secunduz est q non immisceant in suo ludo facta vel verba secundum se turpia aut illicita. Tertium est q exibeant suum lu

dum personis ydoneis ⁊ congruis ⁊ locis ⁊ tēporibus debitis. vnde obseruantibus ista nō peccant qui eis moderate subueniunt: sed in hc faciunt meretdem eis debitam tribuentes. Ad aliud dicendum est ꝙ illud qḋ excusat se a peccato non ē scḋm se viciosum. ⁊ ideo quia ludus aliquando excusat a peccato ludus nō ē secundū se viciosus: sed ex hoc ꝙ quandoqꝫ excusat a peccato non sequitur ꝙ sit secūdum se bonus: quia quandoqꝫ ludus excusat a peccato ⁊ quandoqꝫ non.

Ars quinta

huius. 4. continetur i vno tractatu ⁊ in vno capitulo in quo dclaratur. ꝙ verecundia non est virtus sed magis passio quod ostēditur ex diffinitione ipsius et accidente circa ipsam. deinde quomodo iuuenili etati conuenit laudabiliter ⁊ nō senili ⁊ ꝙ neqꝫ secundum veritatem neqꝫ scḋm opinionē turpe est operandum ac per hoc neqꝫ verecūdandum cum tantum praui sit turpia operari postea si verecundetur ex prauo opere non ꝑ hoc estimandum studiosum eē: sed solum sequitur ꝙ verecundia ex suppositione ē studiosa quod non est circa virtutes. Deinde ꝙ continentia nō ē vtus ſꝫ medietas q̄dam mixta.

E verecūdia autē

ve quadam vtute non cōuenit dicere: ēntie passioni. n. magis assimilatur q̄ʒ habitui. Determinatur igitur timor quidem ingloriationis: perficitur autem verecundia circa pericula timori consimiliter. Erubescunt enim verecundati mortem aūt timentes palescunt. Corporalia utiqꝫ videnť aliqualiter eē vtraqꝫ quod videtur passionis magis q̄ʒ habitus eē.

IN hoc capitulo ɔtinēte totū istum tractatum determinatur de verecundia que est quedam medietas laudabilis ⁊ non ē virtus. Istud capitulum continet tres ptes principales. In prima proponit intentionem ⁊ ostēdit ꝙ verecundia non ē virtus. In secūda ibi. nō omni vtiqꝫ etati. Ostendit qḋ ē subiectum verecundie. In tertia parte ibi. Non ē autem nꝫ continentia. Inducit simile de continentia q̄ cum sit laudabilis non tamen est virtus. In prima q̄ pte proponit intentionem dicens ꝙ ō verecundia non contigit loqui sicť de quadaꝫ virtute quia verecundia magis assimilať passioni q̄ʒ habitui qui est genus virtutis. Determinatur igiť. Propositum ꝓbatur scilicet ꝙ verecundia ē in genere passionis. vnde ꝓbať ꝙ verecundia ē passio. ⁊ hec ē conclusio. ſꝫ. et ꝓbatur dupliciter. primo sic. per diffinitioneꝫ verecundie. ⁊ secūdo per eius effectū. ꝑmo sic verecundia ē timor ingloriationis. i. ɔfusionis Hec enim ē diffinitio verecundie. ergo vecundia ē timor: sed omnis timor ē passio. ideo vecūdia ē passio. Perficiť āt. Scḋo ꝓbať ꝙ esse etiam vecūdie q ē trāsmutatio corpis. vñ pōt sic argui. illa medietas q̄ fit cū corpali trāsmutatione ē passio ⁊ nō ē vtꝰ: ſꝫ vecundia fit cum corpali trāsmutatione igiť ⁊c. Maior pꝫ quia passiones sūt motꝰ appetitꝰ sēsitiui q vtiť organo corpali. iō passiōes fiūt cū trāsmutatōe corpali. ⁊ minor appaꝫ. nam vecūdia ⁊ timor mortis fit cū trāsmutatōe corpali ⁊ i ħ generali ɔueniūt timor mortis ⁊ vecūdia. s. ꝙ vterqꝫ fit per trāsmutationē colorꝭ corpalis. ſꝫ i spēciali differūt q̄ illi q verecūdātur rubescut ⁊ illi q timēt mortē pallescūt. verecūdia igiť fit cū trāsmutatōe corpis sicť ⁊ timor. Intelligendū ē ꝙ rō huiꝰ diuersitatis quare. s. verecundati rubescūt ⁊ timētes mortē pallescūt ē q̄ natura trāsmittit spūs ⁊ humores ad locū vbi sentit defectū. ſꝫ sedes vite ē i corde. ⁊ iō q̄ñ timeť pīculum vite spūs ⁊ hūores recurrūt ad cor. et iō exteriora q̄ sīt ab hūore sāguis deserta pallescunt. sed honor ⁊ confusio sunt in exterioribꝰ ⁊ ideo quando homo timet ingloriationeꝫ seu inhonorationeē spūs ⁊ humores recurrūt ad exteriora ⁊ sic sanguine recurrente ad exteriora homo rubescit. sic ergo patet ꝙ verecundia ⁊ timor mortis sunt quedam corporalia q̄ habent corporalem transmutationem annexam qḋ magis vř ꝑtinere ad passionem q̄ʒ ad hitū.

Non omni

vtiqꝫ etati hec passio congruit sed iuuenili. Existimamus enim oportere tales verecūdos esse eo ꝙ secundum passiones viuentes: multi peccant: a verecundia autem prohibentur. Et laudamus iuuenum verecundos. Senez autem nullus vtiqꝫ laudabit: quoniam verecundabilis nihil enim existimamus oportere ipsꝫ operari in quibus ē verecundia. Neqꝫ enim studiosi est verecundia si quidem fit in prauis Non enim operandum talia. Si enim sūt hic quidem secundum veritatem turpia. hec aūt secundum opinionem nihil differt. neutra enī operāda. q̄re neqꝫ verecundādum. praui autē ⁊ tale puta operari aliqd turpium. Sic auteꝫ habere: vt ⁊ si opetur aliquid talium verecūdari ⁊ ꝑpter hoc existimari studiosum eē incōueniens. Inuoluntarijs enim verecundia volens autem studiosus nunq̄ʒ operabitur praua. Erit autem vtiqꝫ verecundia ex suppositione studiosum. si enim operetur verecūdabitur vtiqꝫ. Non ē autem ħ circa virtutes. si autem inuerecundia prauum. ⁊ nō verecundari turpia operari nihil magis talia operanteꝫ verecundari studiosuꝫ.

HEc ē scḋa pars in qua ostenditur quid ē scḋm verecūdie ⁊ ɔtinet. ȝ. ꝑticlas In ꝑma ondit cui etati vecundia ɔuenit ⁊ cui etati nō ɔueīt. In scḋa ibi. Neqꝫ. n. studiosi. ondit cui ɔditōi hoīꝫ nō ɔuenit vecūdia q̄ nō cōuenit

virtuoso. In tertia particula ibi. Si autē sit hec quidem. remouet quasdam cauillatōnes contra pdicta. primo ergo pponit qd intendit .s. q passio verecūdie non conuenit omni etati sed iuuenili. Secundo pbat. q iuuenili etati conuenit verecundia. et hec est conclusio. 53. et pbatur dupliciter. pmo per pprietatem iuuētutis. Secūdo per humanam consuetudinem primo sic. illis qui sunt proni ad peccanduz cōuenit verecūdia ppter quā retrahunt a peccato. sed iuuenes ppter feruorem etatis viuunt fm passiones. et ideo sunt proni ad peccandū et p verecundiam p quā timent turpitudinez retrahuntur a peccato. ideo iuuenibus congruit et decet verecūdia. Et laudamus quid iuuenū Secundo pbatur eadem conclusio per hūanā consuetudinem. sicut illis cōuenit verecundia quos propter verecundiam laudamus sed iuuenes verecundos laudamus ppter verecundiam ideo iuuenibus cōuenit verecundia. Senes aūt nullus laudabit. ostēdit cui etati non cōgruit verecundia et ostēdit q etati senili nō cōuenit verecūdia. et hec est conclusio. 54. et probatur sic. illi nō cōuenit verecundia quē nullus ppter verecundiaz laudat: sed nullus laudat senem pp vecūdiā. Igitur nec seni nec etati senili cōuenit vecundia. maior patet et minor declaratur. tū ppter hoc q estimamus q non oporteat euz aliquod turpe opari pro quibus consueuit esse verecundia. tū qr ppter longitudinem tēporis reputamus eos expertos quos non oportet aliquod turpe opari. tū quia cessāte feruore etatis reputamus q propter passionem non debent aliqd turpe operari. Neqz enī studiosi. Hec est secunda particula secunde partis in qua ostenditur cui cōditioni hominū non cōuenit verecūdia. et ostēdit q homini virtuoso non cōuenit vecundia. et hec est cōclusio 55. et probat sic. virtuoso non conuenit praua opari qr ois vtus habētē pficit et eius opus bonuz reddit. sed solum illis cōuenit verecūdia quoz est praua operari igitur vtuoso non competit verecūdia. Si autem sunt hec quid. hec est tertia particula secūde partis i qua remouet quasdā cauillationes contra pdicta et sunt cauillationes .tres p quas aliquis possit obuiare conclusioni immediate pcedenti. pma est quia posset aliquis dicere q vecundia nō solū est de hiis q secunduz vitatem sunt turpia que cōtrariātur vtuti sed etiam est de hys que sūt turpia secundum opiniones et vtuoso operanti bona et honesta fm vitatem potest competere verecūdia ppter eadem opa existentia turpia secūdum opinionem. Istud remouet phs dicēs q nihil differt in pposito qr nec virtuoso competit operari turpia fm veritatem nec turpia secūdum opinionē et ideo non cōpetit vtuoso q de aliquo vecundet sed hoc pertinet ad prauum q sit talis q opet turpe secūdum veritatem uel fm opinionē. Michi vero videtur q vtuosus possit opari turpe secūdū opinionem quod tn est honestum secundu n veritatem et de tali turpi non debet virtuosus verecundari. Sic autem habere. secunda cauillatio est quia posset aliquis dicet q licet virtuosus nō habeat aliquid de quo verecūdet est tamē ita dispositus q si aliqd turpe oparet de hoc verecundaretur. et ppter hoc verecūdia competit virtuoso. Istud destruit phs dupli. pria ratio probat directe cōclusionem pcedētē. s. q homini virtuoso non cōuenit verecūdia. et est hec ratio. verecūdia pprie non respicit nisi volūtarios defectus qbus debet vitupiū sed virtuti repugnat q hns virtutē volūtarie operatur malū. nō igitur cōpetit verecūdia virtuoso qd intelligēdū est pro facto pprio. pro facto tamē alieno potest verecundia competere virtuoso. Erit autem utiqz verecundia. secundo destruit istaz cauillationē sic. omne quod cōpetit virtuoso secūdum q virtuosus competit ei simpliciter et non solum sub conditione sicut patet circa omnes uirtutes. sed vecundia secundum istam cauillationez non conuenit uirtuoso nisi sub conditione: puta si operaret aliquid turpe ergo vecundia nō compent uirtuoso ex suppositiōe sequeret q uerecūdia esset quoddam studiosuz hoc est uirtuosuz ex suppositione quod non est uerum. uel concedi potest q uerecūdia est ex suppositione uirtuosuz. et tale non competit uirtuoso sed solū cōpetit illud quod est simpliciter uirtuosum et hec uidet intentio phi. Si autem inuerecūdia prauum. tertia cauillatio est qr posset aliquis pbare q uerecundari sit uirtuosum sic. inuerecūdia siue non uerecūdari de turpi opatione est quoddam prauū. ideo uerecūdari est bonum et uirtuosum. Ista cauillatio remouetur per hoc q tam verecundia q̄ inuerecundia de turpi operatōe supponit operationem turpem que non competit virtuoso. et ideo phylosophus negat hanc consequentiaz inuerecundia de turpi operatione est prauuz ergo verecundia que non est nisi de turpi opatione est bonum: quia ista non sunt contraria immediata scilicet verecundari de turpi opatione et inuerecundum esse de turpi operatiōe vtrumqz enim istorum ē malum quia vtrūqz supponit operationem turpem minus tamen malum ē verecundari de turpi operatione q̄ non verecundari de ea: quia per verecundiaz retrahitur homo ab operatione turpi: sed non p inuerecundiam per quā non curat de operatione turpi. Intelligendum est q sicut verecundia non est virtus: sed passio laudabilis ē ita nemesis de q̄ hic nō fac mētōez vtus non est sed passio laudabilis. Est enim nemesis tristitia de psperitatibus malorum sed nō est

de intentione phylosophi hic de istis passioni-
bus determinate. sed hoc magis pertinet ad re
thoricum. nec intendit de verecundia nisi pro
bando ꝙ ipsa non ē virtus.

Nō autem neque ꝯtinētia virtꝰ sꝫ q̄
dam mixta. Ostendetur autem de hac in his
que posterius. Nunc autem de iusticia dicemꝰ

Hec ē .3. pars huius capituli in qua indu
cit simile d' ꝯtinētia ⁊ verecūdia. ⁊ dicit
ꝙ sicut verecundia non est habitus virtutis
ita neqꝫ cōtinētia est virtus cum tamen sit lau
dabilis sed continentia est mixta: quia habet
aliquid quod pertinet ad virtutem quia conti
nens sequitur rectaꝫ rationem: quod pertinet
ad virtutē ⁊ patitur ꝯcupiās pravas vehemē
tes que pertinent ad defectum virtutis sed de
his dicetur infra. s. in septimo huius. Sciēdū
est ꝙ phylosophus loquens de verecundia in
ducit similitudinem de continentia quia vere
cundia maxime requiritur ubi sunt passiones
prave superabundantes quod convenit conti
nentibus. deinde continuando se ad sequentia
dicit ꝙ deinceps dicendum est de iusticia ⁊ in
hoc terminatur sentētia quarti libri. Hic occurrunt
duo dubitanda. primū utrum verecundia sit
virtus ⁊ videtur ꝙ sic: quia omne viciuꝫ opponi
tur alicui virtuti ⁊ quedam vicia opponun-
tur verecundie sicut stupor qui est verecūdia
de quolibet sive sit honestuꝫ sive inhonestum
⁊ inverecūdia que est eius qui de nullo turpi ve-
cundatur quorum utrumqꝫ est vituperabile ⁊
viciosuꝫ. ergo videtur ꝙ verecūdia sit virtus
Item per phylosophum secundo huius: esse
in medio est proprium virtuti: ut patet ex dif-
finitione virtutis. sed verecundia consistit in
medio. ut patet ex secundo huius. ideo ꝛc. In
oppositum est hic phylosophus. Secundum
dubium ē utrum verecundia possit inesse ho-
mini virtuoso. videtur ꝙ sic. quia diffinitio
verecundie que est timor ingloriationis po-
test inesse homini virtuoso. Uirtuosus enim
potest timere infamiam quia potest sine culpa
infamari. ideo verecundia potest inesse homi
ni virtuoso. Item verecundia non solum ē
de turpibus sed de signis turpium ut patꝫ ex
secundo rethorice ⁊ signa turpium possunt in
esse homini virtuoso. Item verecundia est
passio laudabilis. ergo potest inesse homini v'-
tuoso. In oppositum est phylosophus in lit
tera. Ad primum dubium dicendum ꝙ ve
recundia non est virtus loquendo proprie de
virtute. qd̄ potest probari tripliciter. primo sic.
virtus moralis proprie accepta ē habitus ele
ctivus. sed verecundia nec est habitus nec ex
electione. ꝙ autem non sit habitus apparet
quia est timor ingloriationis. sed omnis timor
est passio. ideo verecundia est passio: ⁊ per con
sequens non est habitus: nec operatur vere-
cundus ex electione sed magis ex impetu pas-
sionis. ideo ꝛc. Secūdo probatur idē sic. omnis
virtus est simpliciter bonum ⁊ per se appetibi-
le ⁊ honestum. sed verecundia non est bonum
simpliciter quia non convenit ei qui ē bonus:
sed potius ei qui est malus ⁊ turpia operans:
nec ē verecundia per se appetibilis. quia nul-
lus appetit verecundari. ergo ꝛc. Tertio pba
tur sic. omnis operatio virtutis est in potesta-
te comparantis secundum virtutem: sed vere
cundari non est in libera potestate verecūdan
tis. ideo ꝛc. Ad primum in contrarium pōt
dici ꝙ stupor qui est passio vituperabilis ⁊ simi-
liter inverecundia non sunt habitus vitio-
si. Uel potest dici ꝙ sit stupor ⁊ inverecūdia
sint habitus viciosi opponuntur alicui virtu-
ti: ⁊ etiam opponuntur verecundie, unde licet
omne vicium opponatur alicui virtuti non ta
men oportet ꝓpter hoc ꝙ omne illud cui oppo
nitur directe vicium sit virtus: cuiꝰ ratio ē: qꝛ
bonum ē ex integra causa ⁊ malum provenit
ex singulis defectibus. ⁊ ideo quilibet defectꝰ
causat vicium: sed non omne bonum sufficit
ad perfectam rationem virtutis. unde stupor
⁊ inverecundia opponuntur verecundie non
tamq̄ꝫ virtuti sed tamq̄ꝫ passioni laudabili

Ad aliud dicendum ꝙ non sequitur vere-
cundia consistit in medio. ergo ē v'tus qꝛ plus
requiritur ad perfectam rōnem v'tutis q̄ꝫ eē in
medio: quia requiritur ꝙ sit habitus electiꝰ
qd̄ non competit verecūdie. Ad secūdū du
bium dicēdū ē ꝙ quia cā verecundie ē turpe
cōmissum. ideo cui non competit turpe cōmit
tere ei non competit verecundia ꝓprie ⁊ stric
te loquendo. sed virtuoso non competit ꝯmit
tere turpe. ideo virtuoso non inest verecūdia:
tū v'tuosus ē sic dispositus ꝙ si ei inesset aliqd̄
turpe de h̄ verecūdaret. ⁊ iō dicit phs verecūdiā
eē ex suppōne studiosum. qꝛ studiosus si opare
tur turpia verecūdaret. verūtamē lꝫ v'tuoso
nō insit verecūdia ꝓprie que ē timor ingloria
tionis sui ꝓpter turpe commissum ab ipo. si tū
verecūdia accipiatur largiꝰ ꝓ timore ingloria
tionis sui vel suoꝝ ꝓpter turpe ꝯmissū a se vel
ab aliquo suoꝝ sic pōt v'tuoso ineē verecūdia
quia studiosus vidēs patrē suū vel fratrē du
ci ad suspendendū ꝓpter furtum ab eo cōmis
sum verecūdatur qꝛ timet ꝓp hoc ingloriatio
nem sui. sic igit' debet intelligi ut mihi videtur
ꝙ virtuoso nō inest verecūdia. s. ꝓ turpi facto
suo ⁊ nō plus probat phūs. Ad primum in cō
trarium dicendum ꝙ v'tuosus sm ꝙ v'tuosus
nō timet infamiam ⁊ si iferātur sibi opprobria
quorum non ē dignus ea equo animo suffert
eo ꝙ talibus non est dignus. ideo de his non
verecundatur nec dolet nisi forte sit aliquis
motus verecundie preveniens rationem. Ad

aliud dicendum q virtuosos nō ſſunt turpia
nec ſigna turpium quia virtuoſus non ſolum
abſtinet a turpibus ſecūdum veritatē ſed ē
a turpibus ſecūdum opinionē. Ad tertium di
cendum eſt q verecundia nō eſt paſſio ſimplet
ter laudabilis ſed ſolum ex ſuppoſitiōne: vt
ſi ſit aliquod turpe perpetratū uel perpetran
dū a quo verecūdia retrahit. vnde omne lau
dabile ſimpliciter pōt ineſſe virtuoſo ſed nō
oz. q laudabile ſub ɔditōe iſit ṽtuoſo ergo ꝛc.

Iberalis laudatur non i bel
licis neq; in qbus
temperatus neq; indiuitiis. ſed circa
dationem pecuniarum ꝛ ſumptionem magis
tamen in datione pecunias dicimus omnia q̄
rumcunq; dignitas nūmiſmate menſuratur.
Incontinentes prodigos vocamus ppter qd
prauiſſime videntur: multas enim ſimul mali
cias habent. non autem ppꝛie appellantur in
continentes. Vult enim pdigus eſſe qui vnū
al. qd malū habet ſcilicet corrumpere ſubſtā
tiam: prodigus autem qui ppter ſe ipſum pro
ditus. Quorum enim vtilitas aliqua ē his
vti ꝛ bene ꝛ male vſus autem pecuniarum vi
detur ſumptus ꝛ datio acceptio autem ꝛ cuſto
dia poſſeſſio magis. Virtus ē bene facere ma
gis q̄ bene pati: ꝛ bona operari magis q̄ tur
pia non operari. Amantur enim fere maxime
liberales eorum qui in virtute vtiles enim h
autem in datione. Liberalis vehementer ſu
perabundet in datione vt derelinquat ſibi ip
ſi minora. Non enim in multitudine datorum
qd liberale ſed magis in dantis habitu. libera
liores eſſe videntur acipientes ſubſtantiā ab
alys inexperti indigentie ꝛ omnes diligunt
magis ſua opera vt parentes ꝛ poete. Ditari
non facile liberalem ppter qd homines accu
ſant fortunam quoniam maxime digni exiſtē
tes nequaq̄ ditantur. Contigit hoc nō irrō
nabile. non enī poſſibile pecunias habere non
curantem vt habeat quemadmodum neq; in
alys. Tirannos non dicimus prodigos multi
tudo enim poſſeſſionis non videtur facile eſſe
dationibus ꝛ conſumptōnibus ſuperabunda
re idest non facile vt in dando ꝛ expendendo
ſuperabundent proportionem propriarum di
uitiarum. Decenti dationi ſequitur decens re
ceptio. Si contingat liberalem preter optimū
ꝛ bene conſumere triſtabitur moderate vt opꝫ
liberalis magis eſt grauatus ſi quod oportet
non conſumpſit q̄ triſtatus ſi non oportunum
aliquid conſūpſerit. Prodigalitas in dando ꝛ
non accipiendo ſuperabundat accipiendo aūt
deficit illiberalitas in dando deficit in accipiē
do vero ſuperabūdat. Que prodigalitates nō
multum coaugētur non enim facile ex nulla
parte accipientē omnibus dare prodigus nō
paruo melior ē illiberalis bene ē enim ſanabi

lis ꝛ ab etate ꝛ ab egeſtate. Prodigus enī non
videtur prauus ſecūdum morem non enī ma
li neq; inuiriles ſup ꝛ abundare dantem ꝛ nō
accipientē. inſipiētis autē. Prodigus amat
multos illiberalis nullum neq; ſe ipſum. mul
ti prodigi accipiunt vnde non oportet ꝛ ſunt
ſerandum hoc illiberales. Multi ſunt modi
illiberales vt patet in textu manifeſte. Vide
tur autem vtiq; magnificentia non quēadmo
dum liberalitas extenditur circa omnes que
in pecunya ſunt operationes. ſed circa ſump
tuoſas ſolum. In his. i. ſūptuoſis ſup extollit
liberalem magnitudine quemadmodum no
men ipſum ſubſignant: in magnitudine enim
decens ſumptuoſitas eſt magnitudo ad aliqd
ē decens vtiq; ad ipſum ꝛ in quo ꝛ circa que
magnificus liberalis. liberalis autem nihil
magis magnificus. magnificus ſcienti aſſimi
latur magnifici ſumptus magni ꝛ decentes ta
lis vtiq; ꝛ opera. Opus quidem ſumptum di
gnum oportet eſſe: ſumptum autem opere vl
ꝛ ſuperabundare ratiocini diligentia paruifi
ca necessarium ē liberalem magnificum eſſe.
non eſt eadem virtus poſſeſſionis ꝛ operis. po
ſſeſſionis quidem virtus q plurimo ē dignum
ꝛ honorabiliſſimum: puta aurum operis autē
magnum ꝛ bonum ꝛ mirabile. oportet magni
ficum ā mirabilem eſſe ꝛ ē operis virtus opoꝛ
tet non ſolum opus eſſe decens ꝛ magnum ſꝫ
ꝛ ad facientem decere honorabilia ſumptuū
ſunt que circa diuina vt circa preparationes
templorum ꝛ ſacrificia ꝛ que ad commune vt
pncipi largiri vel conuiuare ciuitatē. Inops
non erit magnificus. non enim ſunt a quibus
multa conſumet decenter temtans aut inci
piens. Et cōſumet ī his que ſemel fiunt puta
nuptie ꝛ ſi quod tale circa que tota ciuitas
ſtudet uel qui in dignitatibus ꝛ peregrinis.
Magnificus non eſt ſumptuoſus in ſe ipſum
ſed in comunia. Dona magnifici deo ſacrata
hēnt ſimile. Differt autem opere magnum ab
eo quod eſt in ſumptu. ſpera pulcherrima ma
gnificētiā hꝫ puerilis doni huius aūt precium
paruum ꝛ illiberale: Banauſus in conſumen
do ſuperabundat dando hyſtrionibus ꝛ qui
bus non oportet ꝛ veſtiens purpuram oſten
tans diuitias ꝛ propter hoc eſtimant ā mirari
Vbi oportet multa conſumere pauca ɔſumēs
vbi autem pauca multa. Paruif cꝰ circa om
nia deficit ꝛ maxime conſumens in paruo bo
num idest virtutem perdit. Paruificus eſt tar
dans quecunq; faciet intendens qualiter mi
num conſumat ꝛ triſtatus ꝛ omnis eſtimans
maiora facere q̄ oportet. Hi habitus extremi
ſunt malitie ſed non inferunt opprobria cum
non ſint nociui proximis nec ſunt valde tur
pes (Magnanimitas aūt) Magnanimꝰ ē q
magnis ſe ipsū dignificat dignꝰ exiſtens q eis

puis dignus ⁊ bis dignificat se temperatus ē
magnanimus autem non. In magnitudine
enim magnanimitas quēadmodum ⁊ pulchri
tudo in magno corpore. parui autem formosi
⁊ cōmensurati pulcher autē nō. Qui autē ma
gnis seipsum dignum facit indignus existens
caymus. Qui autem minoribus q̄ ē dign⁹ pu
sillanimus. Est autem magnanimus magnitu
dine extremus. eo autem vt oportet medius.
Dignitas autem dicitur ad ea que exteri⁹ bo-
na maxime ponemus qd̄ dys attribuimus et
qd̄ maxime desiderant qui in dignitate: ⁊ q̄ in
optimis premium tale aūt bonor. Bonor eniz
ē maximum eorum que exterius sunt bonorū
Pusillanimus deficit ⁊ ad seipsum ⁊ ad mag-
nanimi dignitatem. Caymus vero ⁊ ad seip-
sum superabundat nō tamen ad magnanimū
videtur esse magnanimi. ⁊ q̄ vnaqueq; virtu-
te magnum virtutis premium bonor ⁊ attri-
buitur bonis. magnanimitas autem videtur
esse quidam ornatus virtutum maiores enim
ipsas facit ⁊ non sit sine illis. Magnanimus
a studiosis bonoratus moderate delectabitur
vt proprium adipiscens vel ⁊ minora virtute
enim perfecte non fiet dignus bonor sed tamē
magnanimus ad hec recipiet ⁊ non habendo
ipsos maiora ipsi tribuere. magnanimus ma-
xime est circa bonores ad hec circa diuitias ⁊
potentatus ⁊ omnem fortunam ⁊ infortuniuz
moderate babebit. Neq; bene fortunatus gau
diosus erit neq; infortunatus tristis neq; eniz
circa bonorem: ita babet vt maximum ens. po-
tentatus ⁊ diuitie propter bonorem sunt desi
derabilia cui autem bonor paruum ē huic et
alia propter qd̄ ⁊ defectores videntur esse. vi-
dentur bone fortune conferre ad magnanimi
tatem. Secūdum veritatem autem solus bo-
nus bonorandus est. Qui sine virtute bona
fortune babēt: nec iuste magnis se ipsos digni
ficant neq; recte magnanimi dicuntur. Sine
virtute non est facile ferre moderate bonas
fortunas. Magnanimi videntur ī memoria
babere eos quibus bene fecerunt. eos autem
a quibus bene passi fuerunt non. Minor est
qui patitur bene eos qui facit vult autem su-
per excellere. Necessarium ē magnanimū esse
manifestum odirorem ⁊ manifestum amatorē
latere timidi est. Deficiens pusillanimus su-
perabundans autem caymus non mali vidē-
tur esse hy non enim malefactores sunt peccā
tes autem. Pusillanimus dignus ē existens
bonis seipsum priuat quibus dignus ē. vide-
tur enim ignorare se ipsum: si eni sciret appete
ret bona quibus dignus erat. Pusillanimus
non videtur insipiens sed magis piger. Nesciē
tes suam bonitatem discedunt ab operatio-
nibus bonis ⁊ ad inuentionibus vt digni exi-
stentes. similiter autem ⁊ ab exterioribus bo
nis. Caymi sunt insipientes ⁊ se ipsos igno-
rantes vt enim digni existentes ad bonorabi-
lia conantur deinde redarguuntur. Oppo-
nitur magnanimitati pusillanimitas magis
q̄ caymotes: ⁊ sic magis ⁊ deterius ē. videtur
autem ⁊ circa banc. q̄ad modum in acceptio-
ne pecuniarum est medietas ⁊ superabundan
tia ⁊ defectus: ita ⁊ in bonoris appetitu magis
q̄ oportet ⁊ minus ⁊ vnde oportet ⁊ vt oportet.
Amatorem bonoris quandoq; laudamus ⁊ vi-
rilem ⁊ amatorem boni. ⁊ quandoq; vitupera
mus vt magis q̄ oportet etiam similiter: ⁊ non
amatorem bonoris quandoq; laudam⁹ ⁊ quā
doq; vituperamus amatore bonoris multipli
citer dicto non in idipsum ferimus. Innomina
ta existente medietate vt deserta videtur du
bia esse extrema. In quibus autem ⁊ supera-
bundantia ⁊ defectus ⁊ medium appetunt. n.
bonorem ⁊ magis q̄ oportet ⁊ minus q̄ opor-
tet ⁊ vt oportet. habitus medius circa bonorē
laudatur. sed innominatus existens videtur
ad amorem bonoris esse non amor bonoris. ⁊
non amor ē bonoris amor bonoris. Mansuetu
do autez. Mansuetudo ē quedam medietas
circa iras medio existente innominato fere au
tem ⁊ extremis ad medium mansuetudinem
ferimus ad defectum declinantem. Supera
bundantia autem iracundia defectus autem
in iraicibilitas. Non iraici in quibus opor
tet insipientis videtur esse. videtur enim non
sentire neq; tristari. non iratus non ē vindica
tiuus. Iniuriantem sustinere ⁊ familiares de
spicere seruile ē. Malum se ipsum destruit et
si integrum sit importabile fit. Atrocoli idest
extremi in ira acuti ⁊ prompti ad iram quies
cunt velociter ⁊ optimum babent. Amari dicti
esse solubiles ⁊ multo tempore irascuntur ta
les sūt sibi ipsis molesti ⁊ maxime amicis. Dif
ficiles qui non cōmutant iram sine cruciatu ⁊
sine punitione. Mansuetudini superabundā
tiam magis opponimus ⁊ enim magis sit bo
monis enim magis punire ⁊ ad vincere diffici
les deteriores non ē facile determinare quali
ter quibus ⁊ in qualiber ⁊ inquanto tempore
est irascendum ⁊ vsquequo recte facit vel pec
cat. Qui parum transgreditur a medio non
vituperatur neq; in magis neq; in minus.

In colloquys autem. Circa colloquia: ⁊ to
tum conuiuere ⁊ sermonibus ⁊ rebus coicare
hy placidi videntur omnia laudantes ⁊ nul
lo contradicentes estimātes sine tristitia opor
tere quibuscunq; eē. Quod econtrario omnia
contrariantes discoli ⁊ litigiosi vocantur ha
bitu medio innominato videtur maxime a-
micitia eo q̄ talis moderatus et delectabilis
est in conuiuere: vt amicus. Ille habitus
medius differt ab amicitia eo q̄ est sine pas
sione diligendi eos quibus colloquitur.

Habens enim habitum medium non in amando vel amicando recipit singula vt oportet. sed in eo quod talis est secundum habitum huius enim habitum medium est secundum se ipsum desiderans condelectare contristare autem renuens. Contingentibus autem si sit maiora consecutus. dico autem bono et conferente et dilectionis gratia quam in posterum magno paruum contristabit condelectans nullius gratia placidus que autem vtilitas sibi fiat in pecuniam vel quecunque per pecunias blanditor. Circa eadem fere. Jactator videtur simulatiuus esse gloriosorum non existencium: et maiorum quam existant. Eyron autem. econuerso negare que existunt vel minora facere. Medius autem existens et verax et vita et sermone existentia confitens esse circa ipsum et nec maiora neque minora vnuquisque qualis est talia dicit et operatur et sic viuit si non alicuius gratia operatur. Mendacium secundum se est prauum et fugiendum verum autem bonum et laudabile.

Hec eſt ſecunda pars principalis huius capituli. in qua philoſophus ſoluit vnam dubitationem circa connexionem et ſeparationem virtutũ moralium. et primo ponit dubitationem. ſecundo ſoluit eam. dubitatio eſt iſta. Utrum virtutes morales poſſint ab inuicez ſeparari. ita ꝙ vna virtus moralis poſſit haberi ſine alia. ⁊ videtur ꝙ ſic. quia non idem homo eſt optime diſpoſitus ad omnes virtutes: ſed alius ad liberalitatem alius ad temperantiaz ⁊ ſic de alijs vnuſquiſ& autem de facili perducitur ad illud ad quod naturaliter inclinatur ⁊ de difficili aliquis conſequitur illud quod eſt contra inclinationem nature ſue. igitur vt videtur hõ qui eſt naturaliter diſpoſitus ad vnã virtutem ⁊ non ad aliam. ſciuit. hoc eſt aſſecutus eſt hanc virtutẽ ad quã naturaliter eſt diſpoſitus. ⁊ illam ad quã non eſt naturaliter diſpoſitus non eſt aſſecutus ⁊ loco eius qđ eſt eſſe aſſecutus: dicit ſciuit. quia loquitur ſcđm ſocraticos qui ponebant virtutes eſſe ſciẽtias (Hec enim) ſoluit iſtam dubitationem dicens ꝙ illud quod dictum eſt: eſt verum ſecundum naturales vtutes. ſ. ꝙ aliquis poteſt habere vnã virtutem naturalem non habendo aliam ⁊ ſecundum virtutes ſecundum quas aliquis dicitur bonus ſimpliciter non ꝯcludit: ⁊ h̃ q2 nulla earum ſcilicet virtutum moraliũ poteſt haberi ſine prudentia nec prudentia ſine eis. ⁊ poteſt h̃ poni concluſio. ſo. ſ. ꝙ quicũ& hab; vnã virtutem moralem habet omnes virtutes morales. que probat' ſic. Quicun& habet prudentiam habet omnes virtutes morales. ſed quicun& habet vnam virtutem moralem h; prudentiam. igitur quicun& habet vnã vtutẽ moralem hab; omnes virtutes morales. de iſta ratione innuit maiorem dicens ꝙ prudentie vni hoc eſt ſi prudentia que eſt vna virtus ineſt alicui omnes virtutes morales inerunt eidẽ qualiter autem iſta ratio habeat efficaciam: ⁊ qualiter concluſio ſit vera. videbitur in dubitationibus (Manifeſtum autem) concludit ex predictis quaſi epylogando neceſſitatem prudentie dicens ꝙ manifeſtuz eſt ex predictis ꝙ ſi ſcientia non eſſet operatiua ꝙ adhuc homo indigeret ipſa. propter hoc ꝙ eſt virtus perfectiua cuiuſdam particule anime. et ne& manifeſtuz eſt ꝙ prudentia eſt operatiua. quia electõ directa que requiritur ad operationez virtutis nõ ẽ ſiñ prudẽtia ⁊ vtute morali. q2 virt' moral' ordiat finẽ ⁊ prudẽtia dirigit circa ea q̃ ſũ ad finẽ

Sed tamen neque et

principalis eſt ſapientie. ne& melioris particule. quẽadmodum ne& ſanitatis medicinalis. non enim vtitur ipſa ſed videt qualiter fiat. Ille cuius gratia precipit ſed non illis. Adhuc ſimile ⁊ ſi quis politicã dicat p̃ncipari deos: quia precipit circa oĩa que in ciuitate.

Hec eſt tertia pars p̃ncipalis huius capli. in qua ſoluit dubitationem in precedenti capitulo motam de comparatione ſapientie ⁊ prudentie ſcđm preeminentiam ⁊ dignitatez ⁊ intendit ꝙ prudentia nõ ẽ p̃ncipalior ꝙ̃ ſapientia. ſ; ecõuerſo ſapiã eſt p̃ncipalior ꝙ̃ prudẽtia. ⁊ hoc pbat. ſ. ꝙ prudẽtia nõ ẽ p̃ncipalior ꝙ̃ ſapiã. ⁊ hec eſt ꝯ. ſ. h' libri ⁊ hanc concluſionẽ pbat phs ⁊ etiã rñdet ad rões in ꝯriuz. ſuperi' inductas in capitulo p̃cedenti. concluſio pbatur ſic. Ille hiĩ' q̃ eſt melioris pticule aie ẽ melior ⁊ p̃ncipalior. ſapiã ẽ melioris pticule aie ꝙ̃ prudẽtia. cũ ſapiã ſit in pte ſciẽtifica. ⁊ prudentia in pte rõcinatiua. igr̃ ſapiã eſt melior ⁊ p̃ncipalior ꝙ̃ prudẽtia. cũ igr̃ deteri' non ſit p̃ncipali' meliori p; ꝙ prudẽtia non eſt p̃ncipalior ꝙ̃ ſapientia. Et ad rationem in contrarium ſuperius adductam q̃ dicitur ꝙ prudentia p̃cipit

sapientie illud intermittitur. prudentia enim non precipit sapientie sed precicipit de illa. ꝛ ꝓpter illam qualiter scilicet potest perueniri ad illam. ꝛ ponit duo exempla quorum primum ē ꝙ ars medicie precipit quid debeat fieri ad sanitatem consequendam. non tamen principat̄ sanitati. quia non vtitur sanitate. quod est proprium artis vel scientie principantis scilicet vt vtatur ea precipiendo illi cui principatur: sed ars medicine precipit qualiter fiat sanitas: ita ꝙ precipit propter sanitatem ꝛ non precipit sanitati. Similiter prudētia politica non vtitur sapientia precipiens illi qualiter debet indicare circa res diuinas: sed ꝑcipit ꝓpter illam ordinans qualr̄ homines possunt ad sapientiam ꝑuenire. vnde sicut sanitas est potior ꝙ̄ ars medicine cum sit eius finis: ita sapientia est principalior ꝙ̄ prudentia. Secundum exemplum est ꝙ pollitica precipit de omnibus: que sunt in ciuitate ꝛ ita precipit de his que sunt ad cultum diuinum sicut precipit de his. que pertinent ad studium sapientie. ꝛ quāuis pollitica precipiat de his que ordinantur ad deum. ꝛ ad cultum diuinum. non tamen precipit deo. ꝛ ita prudentia precipit de his que pertinent ad sapientiam ꝛ precipit ꝓpter sapientiam non tam̄ precipit sapientie. ꝛ in hoc finitur sententia. 6. libri. Hic occurrunt dubia. Primuꝫ ē. Utrū virtutes morales sint connexe. ita ꝙ necesse ē ꝙ quicunqꝫ habet vnam virtutem moralem. habet omnes virtutes morales. Uidetur ꝙ sic per philosophum hic. qui ꝓbat hoc ex intentione. Contrarium tamen videtur per hoc ꝙ virt⁹ moralis acquiritur per exercitiuꝫ operationū. circa propriam materiam. sed aliquis potest exercere se in actibus vnius virtutis moralis et non in actibus alterius. verbi gratia. aliquis potest exercere se in actibus liberalitatis etiam si non exerceat se in actibus virtutis fortitudinis: vel temperantie. vnde aliquis pōt esse perfecte liberalis etiam si nunquaꝫ operatus fuerit aliquem actum fortitudinis. igitur in sic exercendo se in actibus vnius virtutis: ꝛ non in actibus alterius virtutis potest perfcē acquirere virtutem vnam non acquirendo aliam. Et confirmatur per hoc ꝙ nullus homo potest simul exercere se in actibus virtutuꝫ oiuꝫ nec operari circa materias omnium virtutum simul. igitur non potest sil acquirere oēs virtutes. ꝛ per cōsequens potest acquirere vnam nō acquirendo aliam. Dicendum. vt mihi videtur ꝙ quelibet virtus moralis est perfectio extrinseca alterius virtutis moralis: ita ꝙ habēs omnes virtutem moralem perfectius ꝛ facili⁹ ꝛ delectabilius potest operari scḋꝫ vnanquāqꝫ virtutem ꝙ̄ si haberet vnam virtutem tantuꝫ verbi gratia. Si aliquis sit temperatus ꝛ cupidus si offerret̄ sibi magna summa pecunie. ad h̄ hoc ꝙ cōmitteret actum intemperantie: vel ꝓpter cupiditatem pecunie cōmitteret actuꝫ intemperantie vel recusaret pecuniam cum minori delectatione ꝛ cuꝫ maiori difficultate ꝙ̄ si haberet virtutem liberalitatis. ꝛ ita virtus liberalitatis facit ꝙ actus temperantie est perfectior ꝛ delectabilior ꝙ̄ esset sine liberalitate. ꝛ ita est de alijs virtutibus. Si enim aliquis habens habituꝫ iusticie esset intemperatus cū minori difficultate actum iusticie propter concupiscentiam suam complendam cuꝫ pulchra muliere ꝙ̄ si esset temperatus. ꝛ ita temperantia perficit iusticiam. ꝛ econuerso. tanqꝫ perfectio extrinseca: quia vna virtus nō est de essentia alterius. ꝛ ita est in oibus alijs virtibus moralibus ꝙ quelibet perficit aliā tanqꝫ perfectō extrinseca. Dico igitur ad dubitationeꝫ ꝙ virtutes morales perfecte cum perfectione intrinseca ꝛ extrinseca sunt connexe: ita ꝙ qui habet vnam perfecte cum perfectione intrinseca ꝛ extrinseca habet omnes. tamen possibile est habe vnam virtutem perfectissimam cum perfectione intrinseca que acquiritur per ꝓprias operationes absqꝫ alijs virtutibus: vt liberalitateꝫ absqꝫ fortitudine ꝛ iusticiā absqꝫ eutrapelia. et sic de alijs. ꝛ hoc sufficienter ꝓbat rō in 2ʳium.

Ad phꝫ dico ꝙ ipse sic intelligit: ꝙ habēs vnā virtutem moralem perfecte cum ꝑfecte intrinseca ꝛ extrinseca habꝫ oēs virtutes. ꝛ hoc probat ratio sua ꝛ non plus. Naꝫ q hꝫ vnā virtutē moralem ꝑfecte cum perfectōe intrinseca ꝛ extrinseca hꝫ prudētiā totaꝫ circa materiā cuiuslibet virtutis moralis. ꝛ omnia talis hꝫ oīa virtutes morales. ideo ꝛc̄. ꝛ hoc intelligit phs cum dicit. ſm quas aūt simpliciter bonus non cōtingit. s. vnam virtutem eē sine alia. vnde ꝑ virtutem ſꝫ quā aliquis est simpliciter bonus intendit virtutem perfectam cum perfectōe intrinseca ꝛ extrinseca quā nata ē habere. 2° dubitatur. vtrum sit vna prudentia tm̄ circa materias omnium virtutum morabilium. Ad qḋ dico ſm ꝙ mihi videt̄ ꝙ circa diuersas materias virtutum moralium sunt diuerse prudentie. qꝛ enim aliquis pōt habere vnam virtuteꝫ moralem acquisitaꝫ ex ꝓprijs operationib⁹ absꝫ hoc ꝙ habeat aliam vt dictū est. ideo potest habere prudentiam circa materiam vnius virtutis: ꝛ si non habeat prudentiā circa materiam alterius virtutis. potest enim aliquis sciens et volens. ꝛ ꝓpter finem debitū exercere se circa materiam virtutis: ꝛ ita acquirere prudentiā circa illam: ꝛ si nunqꝫ consideret vel cognoscat materiam alterius virtutis. Confirmatur. qꝛ i speculabilibus est alia ꝛ alia scientia respectu

vnius cōclusionis ⁊ respectu alterius. Nam ī
scientia naturali tradita in libro phicorum po
test aliquis habere veram scientiam vnius cō
clusionis ⁊ habere errorem cōtrarium scientie
circa aliaꝫ ꝯclusionē. potest enim aliquis scire
materiam p̄mam esse. ⁊ tñ credere vacuū vel
infinitū esse. si tamen esset eadem scientia vni⁹
ꝯclusionis ⁊ alterius. error ꝯtrarius scientie vni⁹
cōclusionis esset ꝯtrarius scientie alteri⁹ cōclusio
nis: ⁊ cum in eodem simul possit esse scientia
vnius cōclusionis ⁊ error cōtrarius scientie al
terius cōclusionis. sequit̃ ꝙ cōtraria in esse ꝑ
fecto essent simul in eodem: qđ est impossibile.
⁊ iō sicut sunt diuerse scientie respectu diuersa
ruꝫ ꝯclusionum: ita sunt diuerse prudentie cir
ca diuersas materias virtutum moralium nec
acquiritur aliqua virtus moralis ꝑfecte cuꝫ ꝑ
fectione extrinseca: per operatiōes circa ꝓpriā
materiaꝫ: sed per operationes circa materiam
oium virtutum. nec est hoc cōtra dictum phi ꝙ
sic dicit. Simul enim prudentie vni exñti oīa
inerunt. per hoc enim non intendit phus: ꝙ sit
tñ vna prudentia circa totam materiaꝫ mora
lem. sed intelligit ꝙ est tñ vna perfecta prudē
tia cum ꝑfectiōe intrinseca ⁊ extrinseca circa
totam materiaꝫ moralem. Sicut .n. vna virt⁹
moralis perficit̃ extrinsece per aliam virtuteꝫ
moralem. ita prudentia circa materiā vni⁹ vir
tutis moralis perficit̃ cum perfectōe extrinse
ca ꝑ prudentiam que est circa aliā virtuteꝫ mo
ralem. Vel dicatur ꝙ prudentia de qua loqui
tur cum dicit ꝙ prudentie vni exñti omnes in
erant est prudentia vna ex aggregatōe ex parti
cularibus prudentijs que sunt circa totaꝫ ma
teriā moralem. Et in hoc finit̃ liber sextus.

Omnes dicūt iustitiā esse habitū a quo homi
nes operatiui sūt iustoruꝫ ⁊ a quo iusta opāt̃
⁊ uolūt iusta: ⁊ eodē modo de iniustitia

Non eodē modo se habent in sciētijs ⁊ potētijs
⁊ habitibus: potentia quidē ⁊ scientia uidet̃
eadē esse: habitus autē ꝯtrarioꝝ ꝯtrarius nō

Multotiens cognoscitur ꝯtrarius habitus a
ꝯtrario: multotiens autē habitus cognosci
tur a subiectis

Consequēter autē vt in multuꝫ si alterū oppo
sitoꝝ multipliciter dicitur ⁊ reliquū multi
pliciter dicitur

Videtur autē illegalis iniustū esse ⁊ auarus ⁊
inequalis quare iniustus erit ⁊ legalis ⁊ eq̄
lis iustum autem illegale ⁊ inequale. Bona
circa que sunt bona fortūe ⁊ infortuniuꝫ sunt
simpliciter bona alicui autem nō semper: ho
mines autē hoc orant silicet ut habeant sim
pliciter bona: oportet autem non semper sic
orare sed orare quidem bona simpliciter et
ipsis bona eēeligere que sibi ipsis bona. Mi
nus malum videtur aliqualiter bonum esse

Illegalitas ꝯtinet omnem iniustitiam ⁊ cōe ē
omni iniustitie.

Omnia legalia sunt aliqualiter iusta leges di
cunt de omnibus cōiectantes vel cōmuniter
conferētes omnibus: vel optimis: vel dñis
vel secundum virtutem vel secundum ali
quem alium modum talem. Precipit enim
lex opera omnium virtutum vt fortis opera
facere. Puta non derelinquere aciem nec fu
gere nec abijcere arma: ⁊ que temperati. pu
ta non mechari

Justitia est virtus perfecta non simpliciter sed
ad alterum. Justitia videtur esse preclarissia
virtutum: ⁊ nec hesperus nec lucifer ita ad
mirabilis. Perfecta virtus est iustitia quo
niam ipsam habens ad alterum potest virtu
te vti. Multi quidem in ꝓprija virtute pos
sunt vti in his autem que ad alterum nō pos
sunt. Prouerbium biantis bene videtur ha
bere. principatus virum ostendit: ad alterū
enim: ⁊ in communicatione iam princeps. So
la virtutum iustitia videt̃ alienum bonuꝫ.

Pessimus est qui ad seipsum: ⁊ ad amicos vti
tur malitia: optimus autem non qui ad seip
sum virtute sed qui ad alterum. hoc enim o
pus difficile. Justitia legalis nō est pars vir
tutis sed est tota virtus nec contraria iiusti
tia pars malitie sed tota malitia. Justitia le
galis ⁊ virtus sunt quideꝫ eadē esse autem
non idem ⁊ secundum ꝙ ad alterum iustitia
secūdū autē quidē talis habitus simpl̃r virtus

Secundi capituli p̄mi tractatus p̄ie ꝑtis

Querimus autem eam si hic quidem lucrādi
gratia mechatur ⁊ accipiat. hic autem appo
nens: ⁊ iacturam patiens propter concupiscē
tiam iste quidem luxuriosus videbitur vti
que magis esse ꝙ auarus: ille autem in iu
stus luxuriosus aūt non. Circa omnes ali
as iustificationes fit relatio ad quādam ma
litiam particularem semper vt si mechatus
est ad luxuriam ⁊c. Si autē lucratus est nec
ad vnam malitiam sed ad vnam iustitiam.

Lex secundum vnanquanque virtutem prec
pit viuere ⁊ secundum vnamquamqꝫ maliti
am prohibet lex.

Capituli tertij p̄mi tractatus prime partis

Queritur autem ⁊ iniustus in equali operatio
ne est plus ⁊ minꝰ ⁊ equale. Est autem equā
le vt in minimis dictionibus. Necessarium
ē in minimis esse q̄tuor. Proportōabilitas ē
equalitas proportionis ⁊ in quattuor minis
distincta quoniam in quatuor m⁹. Sed ꝯ
tinua vno omnium vt duobus vtetur ⁊ bis
dicet. Vocāt talē proportōnabilitatē geome
tricam methaphisici: in geometria enim acci
dit ⁊ totum ad totum vel alteꝝ ad alteꝝ. Est
aūt non continua hec proportionabilitas.

In boni ratione fit minus malū, ad maius ma
lum est enim minus malum magis eligibile

Capituli quarti pⁱmi tractatus pⁱme partis.
Reliqua aūt vna. distributiū autē iustuz non sp̄ scđm ꝓportionabilitatem.n.dictam a cōib⁹ pecunijs si fiat distributio erit ꝑz ꝓportionabilitatē eadem quā hūt ad inuicē illata. In ꝯmutationibus iustuz secūdū ꝓportionabilitatem arismetricā. nihil differt si studiosus prauū priuauit prauuz studiosuz nec si methaphisic⁹ est studiosus naturalis prau⁹. Ad nocumentū differentiā solum respicit. Directiuū iustū erit medium dāni ꝛ lex lucri. Judex vult eē velut aiatuz iustum. Equale est mediū maioris ꝛ minoris ꝑ arismetricā ꝓporti ōabilitatē. Uenerūt h̄ noīa dānuz ꝛ lucrū ex volūtaria ꝯmutatōe.

Capituli. 5. pⁱmi tractatus pⁱme ptis.
Uidetˀ aūt aliquib⁹ ꝯtra passum non congruit nec indistributiū iustū. Si principatum hūs ꝑcussit non oꝫ repercuti. Et si pⁱncipez ꝑcussit nō ꝑcuti solū sed ꝓpūiri. In ꝯtra facere.n. ꝓportionali ꝯmanet ciuitas. refamulari.n.oꝫ ei q̄ grāz fati ꝛ rursus ipꝫ incipere grātiaz facientē. oīa quorū est cōmutatio oꝫ sepata esse. Nūmisma oīa cōmensurabilia mensurat ꝑm veritatez q̄dem opus.i.indigentia qđ oīa cōtinet si nihil īdigeret vel nō singulariter vel non cōmutatō erit vel non eadem. ꝓpter cōmutationē necessario nūmisma factū est ꝑm cōpositōem. In nobis est trāsmutare nūmisma ꝛ facere inutile. ꝓ futura cōmutatione si nihil nūc indiget quoniaꝫ erit si indigeat nummisma nobis fideiussor. Nūmisma non semp equale pōt vnū tamē vlt manere magis ꝑm veritatē impossibile ē oīa ꝯmēsurata fieri. Ad opus aūt cōtingit sufficiēter. Mensuranˀ aūt oīa nummismate. iusticia medietas est nō scđm eundē modū predicti virtutibus. ſꝫ q̄m mediū est .s. factiua.
Epyichis epyichea. Dinotica dinotica.
Quod aūt est iniustū. q̄ ꝓpter passionez iiustū facit iniustus non est. Polliticuz iustum est cōmunicatiuū vite ad eē per se sufficientiā i liberis ꝛ equalib⁹ vl ꝑm ꝓportionabilitatē vl scđꝫ naturā. Non sinim⁹ pⁱnti pari hoīem ſꝫ rōnem. Merces quedā danda est principi. hec aūt honor ꝛ glīa quibus nō sufficientia hec ipi fiūt tyrāni. dn̄atiuū aūt iustū ꝛ paternuz non idē his. si posito iusto sed sile magis ad vxorez est iustū q̄ ad natos ꝛ possessiones. hoc.n. est yconomicū iustuz. Polliticī iusti hoc quidē naturale ē. hoc aūt legale. Naturale qđ vbiq; eandē habꝫ potentiam ꝛ non mundi vel non.

Capituli scđi tractatus scđi pⁱme ptis.
Polliticī aūt oē qđ apud nos mobile: ſꝫ ēst cuꝫ hoc natura: hoc aūt non natura. Natura enim dextera melior q̄uis cōuenit ambidextros fieri. Que aūt ꝑm ꝯpōnem ꝛ cōferēs iustoꝝ silia sunt mensuris. neq;.n. vbiq; equales vini ꝛ frumenti mensure: sed vbi quedā emunˀ maiores vbi aūt vendunˀ minores.

Capituli tertij tractatus scđi pⁱme partis.
Exn̄tibus aūt iustis. iustificatō ꝛ iniustificatō determinanˀ voluntario ꝛ innolūtario. Qū ex electione aliquis peccat iniustus est ꝛ malus. Innolūtario hec quidē venialia vt que ꝓpter ignorantiam. nō venialia que ꝓpter passionez nec naturalem nec humanā. Non.n. incipit nocere qui ira aliqđ facit: ſꝫ qui ad irā ꝓuocat.

Capituli quarti tractat⁹ scđi pⁱme partis.
Dubitabit aūt vtiq; nō est idē iniusta operari idem qđ iniustum facere. Recta diffinitō eius qđ est iniustuz facere est nocere scientem ꝛ quē ꝛ quo ꝛ vt ꝛ h̄ preter illius voluntatem. Leditˀ autem aliquis volens ꝛ iniusta patitˀ. Iniustū patitur aūt nullus volens.

Quinti capli tractatus scđi pⁱme partis.
Adhuc que p̄elegimus mansuetus minoratiu⁹ est.i. minora sibi distribuit. Multipliciter facere dicitˀ vt inaiata occidunt ꝛ manus ꝛ famulus p̄cipientis. facile est cōmisceri vxori vicini ꝛ percutere ꝓximum: ſꝫ sic se habētes non facile nec in seipis cognoscere iusta ꝛ iniusta. De q̄bus leges dicunt non est facile: sed non hec sūt iusta: sed aliqualr̄ operata ꝛ aliqualr̄ distributa. iusta hec aūt plus opus q̄ sana scire. his aūt non est superabundantia bonorum: puta forte dijs. his autem nulla particula vtilis vt insanabilibus ꝛ malis. Sed oīa nocent. de quibusdā autem non est impossibile recte dicere vlr̄.
De epyichia epyichea est melius quodaꝫ iusto .s. legali. Lex vlr̄ oīs ꝛ peccat lex et est nihil minus recta. Peccatum.n. non in lege nec in legis positore: ſꝫ in natura rei: hec est natura q̄ epyichea directio legis vbi deficit ꝓpter vlem. De quibusdā impossibile est ponere legē quare sententia indiget.

Secunde ptis capli vnici tractatus scđi.
Indeterminati indeterminata regula est Epyichea est electiuus ꝛ opatiuus nō ad deteri⁹: ſꝫ minoratiu⁹ q̄uis habeat legē adiuuātem. Habitus ipe epyichia iusticia quedā est. Utꝝ aūt ꝯuenit sibiipi. Lex que non iubet ꝓhibet. Qui lerficit seipm cui facit iniustū vel ciuitati. ipi aut nō. ꝓpter qđ ꝛ ciuitas dānificat ꝛ quedaꝫ inhonoratio adest seipm corrūpenti. Nullus sibiipi facit iniustū nec scđm iusticiaꝫ legalē nec particularez: qđ pꝫ per diffinitionē eius qđ ēst iniustum facere. Iniustuz facere ꝛ iniustuz pati ambo sūt praua. ſꝫ tn̄ deteri⁹ facere non forte ꝑm accn̄s de quo cura est arti. Scđm methaphoram ꝛ silitudinem est iustum nō ad seipꝫ ſꝫ eoꝝ que ipius aliquib⁹ vt inter ratiōem hn̄s ꝛ irrationale. ſꝫ nō est politicum ſꝫ dn̄atiuuz vl dispensatiuum.

Questiones. 7. libri.
An est incontinētia.i. vtruꝫ aliquis opereˀ qđ scit esse prauū soluitˀ. c. 3.
Circa quid sunt cōtinentia ꝛ incōtinentia ꝛ cir

es quā materiā ⁊ quo diuersimode sunt circa naturas diuersas. soluiť.c.4.⁊.5.

An icontinētia ire scit peioꝛ q̄ incontinētia cō cupiscētiaꝝ moueť ⁊ soluiť.c.6.

Qualr dr̄nt ab alijs habitibus.cum quib⁹ cōicant in materia vt a; temperātia intēperātia pseuerantia ⁊ mollicie.soluiť.c.7.

An incontinēs sit peioꝛ itemperato.soluiť.c.8.

Quid ē ꝯtinētia ⁊ quid incontinētia soluiť.c.9

Utrū aliqs sil' posset eē incontinēs ⁊ prudens. soluitur.c.10.

An delectatio sit de gn̄e bonoꝝ.soluiť.c.12.

An aliq̄ delectatio sit optīa.soluiť.c.13.

An delectatōes coꝛpales dicāť esse eligibiles. soluitur.c.vlti?

An omnes homines indigeāt aliqua delectatione.soluitur.c.eodem.

Que delectatōes sint melioꝛes.vtꝝ intellectuales vel coꝛpoꝛales.soluiť.c.eodē.

Cur nihil idē spē ē sp delectabile hoi.c.eodē.

¶Explicit li.6⁹ Ethicoꝝ.Incipit 7⁹.

Septimus liber

q pncipal'r ē de ꝯtinentia ⁊ incōtinentia ꝯtinet duos tractat⁹.In p determinať de ꝯtinētia ⁊ incōtinētia e⁹ ostēdo qd vtraq; eaꝝ est ⁊ qb⁹ mōis dr̄:⁊ q̄r distiguit ab alijs hitib⁹.I 2⁹ tractatu ibi(De delectatōe ⁊ tristicia) determiať de materia siue de obiecto ꝯtinentie ⁊ icontinentie. pmus,tractatus cōtinet.10.capitl'a.In p diuidit fugiendū in tria.s.i maliciā.incōtinentiā.⁊ bestialitatem ostendo que cuilibet sint cōtraria.I 2⁹ ibi(Dubitabit āt aliqs) qd est total'r iquisitiū seu dubitatiuuʒ ponūť.6.dubia circa opiniōes pbabiles in p cap⁹ positas.in.3.c.ibi(pmū quidē igiť intēdētes)soluiť vna dubitatio seu qd querēs vtrū incōtinens sit sciēs illud eē malū.qd opatur.⁊ si est sciēs qual'r ē sciēs.in 4⁹ c.ibi(virūʒ aūt ē aliqs incōtinens)ostdiť q ꝯtinēs ⁊ incōtinens dr̄ diuersimode circa diuersas delectationes hūanas.qꝛ circa aliq̄s delectatōes hūanas dr̄ ꝯtinēs vl' incōtinens simpl'r.⁊ circa aliquas dr̄ ꝯtinēs vl' incōtinēs nō simpl'r sʒ cū additione.in.5 ca.ibi(Quare aūt sūt q̄dā)ostēdit qual'r diuersimode dr̄ cōtinens vl' icōtinēs circa delectatōes hūanas cōpales ⁊ bestiales.qꝛ circa delectatōes hūanas dr̄ cōtinens vl' incōtinens simpl'r:⁊ circa delectatiōes bestiales dr̄ cū additione.in.6.c.ibi(Qm̄ aūt min⁹ turpis) ꝯpat diuersas icōtinentias ad inuiceʒ.s.incōtinentiā humanā simpl'r dcāʒ circa ꝯcupias humanas ad icōtinentiā ire ⁊ incōtinentiā bestialitatis.in.7.c.ibi(Circa eos aūt que p tactuʒ) ꝯpat ꝯtinētiā ⁊ incōtinentiā ad alios habitus cū quib⁹ cōicant in materia.s.ad tēperantiā ⁊ intēperantiā pseuerantiā ⁊ molliciē.in.8.c.ibi (Est aūt intēperat⁹)ostēdiť q intēperāti⁹ ē peioꝛ incōtinente.in.9.c.ibi(Utrū igiť cōtinēs ē)repetit ⁊ soluit vnā dubitatōem supius positam.s.vtrū cōtinens sit īmansiuus oī opinioni vel tm̄ rc̄e.⁊ incōtinens egressiu⁹ ab oī opinione.vel tm̄ a falsa vel praua.in.10.c.ibi(Neq; simul prudētē)soluit dubitatōʒ q̄ dubitať.vtꝝ aliqs possit sil' esse incōtinens ⁊ prudēs.

Ost hec autez dicē

dū.Aliud faciētes pnci⁹:qm̄ circa mores fugiendoꝝ tres sunt spēs:malicia incōtinētia ⁊ bestialitas.Contraria aūt duob⁹ manifesta.hoc qdē.n.virtutē.hoc aūt cōtinētiā vocamus.Ad bestialitatē maxīe ꝯgruit dicere supra nos virtutē heroycā quādā ⁊ diuinā quēadmodū homer⁹ de hectoꝛe fecit.Dicētē pamū:quoniā valde erat bon⁹ neq; videbať viri moꝛtalis puer existere sʒ dei:q̄re si quēadmodū aiunt ex hoibus fiunt dii ꝓpter virtutes supexcellētiā eʒ tal' qdem vtiq; erit.vʒ bestialitati oppositus habitus.Eteni quēadmodū neq; bestie ē malicia:neq; virt⁹ sic neq; dei.sʒ hoc qdē honoꝛabili⁹ virtute.hoc aūt qddā ge⁹ malicie.Qꝛ aūt rarū ⁊ diuinū virū eē quēadmodū lacones ꝯsueuerūt appellare:qm̄ admirāť valde aliquē diuin⁹ vir aiunt:sic ⁊ bestial:in oībus rar⁹.Maxie aūt in barbaris ē.fiunt aūt quidā ⁊ ꝓpter egritudīes ⁊ oꝛbitates ⁊ pp maliciā aūt hoiūʒ supexcedētes:sic supinfamam⁹.Sʒ de hac qō dispōne posteri⁹ faciendū quādā recoꝛdatōeʒ de malicia aūt dictū est pus.de incontinentia aūt ⁊ mollicie ⁊ delicijs dicendū ē ⁊ de cōtinētia ⁊ pseuerātia.Neq; eni vt de eisdē hitib⁹ virtuti ⁊ malicie vtrāq; ipsarum suscipiendū.neq; vt alterum genus.

¶Capitulum pmū ꝯtinet.2.ptes pncipales.in pma diuidit fugiēdū in.3.spēs seu mōs.⁊ docet que sūt illis fugiēdis ꝯtia.i.2.pte ibi(Oʒ aūt quēadmodū)narrat modū ꝓcedēdi circa ea de qb⁹ est deteriatur⁹ in hoc li⁹.pma ps ꝯtinet duas pticlas.ī pma diuidit fugiendū i tria.⁊ narrat que sūt ꝯtraria duoꝝ fugiēdoꝝ.in scda pte ibi(Ad bestialitatē)deteriat spāliter de bestialitate ⁊ ei⁹ ꝯtratio.in pma igiť pticla enūerat fugienda ⁊ eoꝝ ꝯtia dicēs p q p⁹hoc.i.p⁹ determinatōeʒ de virtutib⁹ moꝛalib⁹ ⁊ itellectualib⁹ faciētes aliud pn⁹.qꝛ tā de alijs q̄ de pdcis determinabim⁹.Dicēdū q fugiēdoꝝ circa mores.i.spectātoꝝ in moꝛalib⁹ tres sūt spēs.s.malicia icōtinētia ⁊ bestialitas.⁊ duoꝛuʒ istoꝛum trium contrario sunt manifesta.Nā ꝯtrarium malicie vocam⁹ vtutē ⁊ ꝯtiū icōtinētie vocam⁹ ꝯtinētiā(Ad bestialitatez āt)hʒ ē sa pticula in qua:qꝛ non est māifestum qd cōtrariať tertio .s.bestialitati.determiat spāliter de bestialitate ⁊ eius cōtrario.p noiāns vtutem ꝯtrariā bestialitati.⁊ pbat talem virtutez esse.vel q possibile sit talem virtutē eē.⁊ dicit q ad bestiali

tatē aūt maxime cōgruit dīe opinioni quādā virtutem superexcellentē. que excedit oēz modum virtutū humanaꝝ. ꝛ pōt vocari virtꝰ heroyca seu diuina que est virtus sup nos. i. excedens oēm moduz virtutum humanaꝝ (Quēadmodū homerus) ꝙ aūt in hoībus sit: nihil esse possit virtus diuina supra cōem moduz hoīuz ꝓbat phs ꝛ est ꝑma ꝯ. huius libri: que ꝓbatur dupl'r. ꝑ ꝑ dictuz homeri qui introducit ꝑamū laudantez hectorez ꝛ dicentē ꝙ hector erat ita excellenter bonus sup oēm hoīez ꝙ nō videbatur existere puer. i. filius hominis mortalis: sȝ dei. Si igit̄ ex hominibꝰ fiunt dij. ꝓpter virtutis excellentiā. vt dixerunt quidam gentilium dicētes quosdā hoīes deificari. i. deo appropinquare vltra cōem modū hoīum ꝓpter excellētiā virtutis talis: virtus. s. heroyca ꝛ diuīa erit virtus oppoīta ꝛ cōtraria bestialitati. Sȝ quāuis hꝰ virtus vocet̄ diuina ꝛ viciū oppoꝰ malitia bestialis: tn̄ nec malicia inest bestijs cum oīs malicia sit ex electiōe: que bestijs nō competit: nec dijs inest virtus: qꝛ sup omnez virtutē sunt dij. ꝛ hec virtus heroyca quā vocamꝰ diuinam est honorabilior ol virtute. ꝛ hec. s. bestialitas est quoddam alterū genꝰ. i. quedam alia spēs malicie a malicia humana. (Qō aūt raꝝ)

zº ꝓbat̄ ꝯº ꝑ dictum quorūdaz alioꝝ. quia ēni hec virtus rara est. iō in quibus inuenit̄ tāta bonitas quāta raro iuenit̄ in hoībus: dicuntur esse diuini quēadmoduz latonie. i. quidam ciues grecie qn̄ admirati sunt aliquem vt supra oēm hoīem existēz: dixerunt iste vir est diuinꝰ. ꝛ ita cōiter dicimus nos hoīem in bonitate superexcedentē cōem hoīum modū talem esse virū dei. ꝛ ita per testimoniuz dcōꝝ ciuiuz. ꝛ per cōe dictum holum pȝ ꝙ talis virtꝰ diuina inē vel potest inesse homini. ꝛ sicut hec virtus rara est: ita bestialitas que ꝯriat̄ rara est. Raro. n. inuenit̄ aliquis bestial' vt bibat sanguinez hominū aut comedat carnes crudas hoīum vel equorum (Talis vtiqȝ quidē) infert scōam cōclusionē ex iam dictis. s. ꝙ virtus heroyca ē opposita bestialitati. ꝓbat̄ per iaȝ dicta sic. vicio qō raro inuenit̄ ꝯtrariat̄ virtus que raro inuenit̄: sȝ virtus heroyca raro inuenit̄. sil'r bestialitas raro inuenit̄. ḡ ꝛc̄. ꝛ al'r pōt ꝓbari sic. pessimo vicio opponit̄ optima virtus. sȝ bestialitas ē pessimum viciū. ꝛ virtus heroyca est optima v̄tus. ḡ ꝛc̄. Et dicit hic Eustraciꝰ ꝙ bestialitas est rara. in grecia. n. non est inuenire talē hoīez bestialē. greci. n. disciplinati sūt ꝛ ꝯnutriti rōe. in barbaris. n. iueniunt̄ tales hoīes bestiales. barbari. n. idisciplinati sunt ꝛ nō ꝯnutriti rōe. (maxime aūt in barbaris) tribus autē mōis fiunt aliq bestiales. ꝑmus modus est cōuersatione iter barbaros qui sūt indisciplinati ꝛ nō cōnutriti rōne. vn̄ ex cōuersatōe iter hoīes rōne nō vtentes incidunt aliqui i maliciā bestialem

zº ꝯtingit ꝙ aliqui ꝓpter egritudines incidāt i maliciam bestialez vt comedāt carnes puerorū ꝛ carbones ꝛ bibant sanguinē hoīum. 3ºº fiunt aliqui bestiales propter orbitates. i. ꝓpter amissionem caroꝝ. qui ꝓpter mortem amicorū sunt hn̄tes lesuȝ rōcinatiuū. ꝛ a ꝓprijs sensibus extra positi bestiales fiunt ꝛ bibunt sanguinem ꝛ carnes crudas comedūt. vel ꝑ orbitates intelligit defectū in naturalibꝰ q ꝓpter ꝑuersitatē ꝯplexionis comedunt carnes hoīum ꝛc̄. (Vn̄ superexcellentes i malicia sil'r infamamus). i. vitupamꝰ ꝛ ꝯuiciamꝰ vocātes ipm bestialem. deinde ꝯtinuās se ad dicenda. dicit ꝙ de hac dispōne. s. bestialitate posteriꝰ fiet quedā recordatio. s. in hoc liº. c. 5. ꝛ. 6. de malicia āt virtuti morali ꝯria dictum ē prius vbi determinatū est de virtutibꝰ moralibꝰ. Sȝ de incōtinentia que vitupat̄ circa delectatōes tactꝰ ꝛ mollicie q̄ vitupat̄ circa tristicias ꝛ caꝝ opposita. s. de cōtinētia ꝛ ꝑseuerātia dicēdū est nunc. Circa istā ptē sunt. 4. dubia. ꝑmū est cum tā bestialitas q̄ȝ incōtinentia ꝯtineat̄ sub malicia. vt pȝ ꝑ phm i isto. 7. nō videt̄ ꝙ ista sint tria fugienda cum supius non ponat i numerū cū inferiori nec distinguat̄ cōtra ipm. Item cū malicia ꝯrictur virtuti ꝛ cū vt dicit phs tā incōtinētia q̄ȝ bestialitas sit malicia: videt̄ ꝙ tam incontinētia q̄ȝ bestialitas sit ꝯria virtuti. cuiꝰ oppꝰ innuit hic phs. Dicendū est ꝑ ꝙ dicit Lycoñ. ꝙ malitia accipit̄ dupl'r. vnoº large vt est cōe ad oē vitupabile qō nō est venia dignū. ꝛ sic tā incōtinentia q̄ȝ bestialitas continet̄ sub malicia. ꝛ sic loquit̄ phs in isto. c. vbi dicit ꝙ bestialitas est quoddā genus. i. quedā spēs malicie ꝛ ꝙ incōtinentia est malicia. Alioº accipit̄ magis stricte. vt ē cōe solꝰ ad vicia opposita virtutibꝰ moralibꝰ. ꝛ sic loqt̄ phs hic de malicia in ꝑnciº hꝰ 7. qn̄ distinguit fugiendū in hec tria. s. in maliciā incōtinentiā ꝛ bestialitatē. Sic ēt loquitur phs in 3º hꝰ vbi dicit ꝙ oīs malus ē ignorans. Nam oīs malus malicia opposita virtuti morali est ignorans. qꝛ oīs malus istoº est vicio sub ꝛ per ꝯns ignorans caȝ nō hēt rectā sed corruptā. ꝑ hoc pȝ ad rōnes que faciunt dubitare.

zº dubiū est quare phus nō determinauit de cōtinētia ꝛ incōtinentia. vbi determiauit de virtutibus moralibus ꝛ vicijs eis oppositis. Ad illud dubiū rn̄det Eustratius in suo ꝓlogo in istum librum. 7. ꝙ qꝛ cōtinentia nō est virtus. nec incōtinentia est viciū ꝯtrariū virtuti: ideo phs sepatim ꝛ nō simul determinat de istis. s. de virtutibꝰ ꝛ vicijs eis oppositis ꝛ de ꝯtinētia et incōtinentia. ꝛ assignat diuersitatē iter ꝯtinētiā ꝛ virtutē ꝛ incōtinentiaȝ ꝛ maliciā ꝯtrariā virtuti. ꝛ hec ē dr̄ia f̄m eum ꝙ i virtuoso ꝛ ēt vicioso contrario virtuoso est cōcordia partium aie ꝛ non pugna. qꝛ in eis rō ꝛ cōcupia cōcordant. Sȝ tam incōtinente q̄ȝ in icontinente nō est cō

cordia ptium aie: ſꝫ diſcordia ⁊ pugna iter rõeꝫ ⁊ ↄcupiſcẽtiam. verbi gratia temperatus habet rõeꝫ pcipientem recedere a turpibus voluptatib⁹: ⁊ confeſtim habet cõcupiam ſequentem rõem ⁊ non cõtradicentem. fortis etiam habet rõem pcipientẽ oportere iperturbatũ circa terribilia permanere. ⁊ confeſtim habet iram obedientẽ ⁊ non cõtradicentem. Intemperat⁹ vero habꝫ concupiſcentiam inclinantem ad prauas voluptates ⁊ confeſtim habet rõnem ſequentem et non contra tendenteꝫ. Silr audax habet iraſcibile mouens ad que non oportet. ⁊ quãdo non oportet. ⁊ cõfeſtim habet rõnem ſequentem. et ita pꝫ ꝙ in virtutibus ⁊ vicijs eis oppoſitis eſt quedam cõcordia partium anime. ita ꝙ nõ pugna. Sed nec in cõtineate nec in incõtinente ẽ cõcordia partium anime: ſed pugna. verbi gratia. continens habet rõem precipienteꝫ oportere recedere a turpibus voluptatibus ⁊ habꝫ cõcupiſcentiam non ſequentem rationem: ſꝫ contra tendentem: ⁊ turpibus voluptibus potiri feſtinantem. Similiter incontinens habet rationem precipientem recedere a turpibus voluptatibus: ⁊ habet cõcupiſcentiaꝫ repugnantem ⁊ inclinantem ad fruendũ turpibus voluptatibus. ⁊ ſic tam in continente ꝙ̃ in incontinentem eſt pugna ⁊ diſcordia inter rõem ⁊ concupiam. verũtamen in continente ratio vincit cõcupiſcentiam ⁊ in incõtinente cõcupiſcentia vincit rõnem. Sed dubiuꝫ eſt circa dcã Euſtracij: quis ſm phm 9° huius. capi. 4. in prauis non eſt concordia partiuꝫ aie. ſed cõtendit ipſorum anima. h eſt. contentio eſt inter partes anime. cuꝫ igitur vicioſus ſit prauus non erit i vicioſo concordia partium anime. Item videt ꝙ in virtuoſo non eſt concordia partiuꝫ anime quia virtuoſi ⁊ ſancti homines habent multotiens paſſiones fortes repugnãtes rationi: vt cõcupiſcentiaꝫ aut iram vehemẽtem. Non enim in virtuoſo ſunt paſſiones mortificate: ſed ſedate. vt patet ex. 7. phicorum. Ad pmum dicẽdum ꝙ in prauis. i. in vicioſis eſt concordia inter rõem ⁊ paſſionem circa quã habet habit⁹ fieri. quia ratio ſtatim ſequit inclinatõem paſſionis. vt pꝫ in exemplis Euſtracij. nec eſt in prauis. i. in vicioſis diſcordia ſiue pugna iter rationeꝫ ⁊ paſſioneꝫ. ⁊ hoc intelligit phs tñ in prauo vel in incontinente ẽ diſcordia inter partes aie puta inter partem rõnalem ⁊ partem irrõnalẽ ſicut phs expreſſe dicit in 9° hui⁹. dicit enim ꝙ incõtinentes alia cõcupiſcunt ⁊ alia volunt. et eodem mõ eſt de nepharijs. qui multis vicijs ⁊ criminibus ſunt irretiti. ſ. ꝙ in eis non ẽ cõcordia partium anime. imo tales non concordant cum ſeipſis. ſꝫ ſeipſos odiunt ⁊ interimũt. ſed inter que in talibus nepharijs eſt diſcordia ⁊ pugna. videbit in 9° hui⁹. vbi hec materia pertractabit. Ad 2ᵐ dicendũ ꝙ i virtuoſo ſunt paſſiones ſedate ⁊ moderate non repugnantes. l non multum repugnantes rõni. ⁊ hoc dico ab intrinſeco agente. Si autem virtuoſus aut ſcũs aliquas habeat paſſiones vel cõcupiſcentiam vel iram rõni repugnantem ſciat ꝙ huiuſmõi vehementia paſſionis non eſt ab intrinſeco: ſꝫ ab extrinſeco. ſ. a demone tentatõem ⁊ vehemẽtiam inducente. 3ᵐ dubium eſt circa fugienda de quibus phus hic determiat: cuiuſmõi ſũt intemperantia incontinentia et mollicies quõ differũt cum ſint circa eandeꝫ materiã. ſ. circa delectatões ⁊ triſticias. Dicenduꝫ ꝙ ſic dñt. Intemperatus eſt qui p electionem ſequit ſupabundãtias delectationũ pp̃ter ſeipſas ⁊ fugie triſtitias. Incõtinẽs vero eſt ille qui pp̃ter paſſionem ⁊ non p electionem ſequit delectatões tactus aut guſtus. vnde in intemperato eſt rõ corrupta. ſꝫ in incõtinente manet ratio recta victa tñ ⁊ ſuperata a paſſione. Sꝫ mollis ſeu delicatus eſt ille qui vincit a leuibus triſtitijs. Ex his põt patere ſolo quarti dubij. ſ. querenti qđ iſtoꝝ fugiendorũ de quibus phs facit mentionem h eſt maius malum. Solutio hui⁹ dubij eſt ꝙ qꝛ virtus heroyca eſt virtus ſuprema ⁊ maxime pſequenda ⁊ poſt illam tẽperantia. deinde cõtinentia. deinde ⁊ vltimo pſeuerantia cõtinentia eſt melior ꝙ̃ pſeuerantia. qꝛ continentia eſt in ſuperare ⁊ vincere. ⁊ pſeuerantia i detinere ⁊ non vinci. ⁊ melius eſt vincere ꝙ̃ nõ vinci. ⁊ iõ cõtinentia eſt melio ꝙ̃ perſeuerãtia: ⁊ vt plurimũ optimo cõtrariat peſſimuꝫ ⁊ meliori peius. Ideo iter illa fugienda beſtialitas e peſſima. deĩde itemperãtia. eſt. n. temperantia peior ꝙ̃ incontinentia ⁊ intẽperatus peior. incõtinente: cum itẽperatus non ſic vehemẽter cõcupiſcens incõtinens vehemẽter ↄcupiſcẽs. ⁊ deterior eſt qui non cõcupiſcens vl paꝝ concupiſcẽs operat turpia ꝙ̃ ille qui fortiter ↄcupiſcẽs opatur turpe. Mollis aũt eſt peior ꝙ̃ incontinens cum vincat a leuibus triſtitijs. Et ſi dicatur ꝙ meliori ſemp cõtrariat peius. ⁊ cõtinentia eſt melior ꝙ̃ perſeuerãtia. g incõtinẽtia ẽ peior ꝙ̃ mollicies. Dicendũ ꝙ meliori ſemp ↄtrariat pei⁹ niſi alteꝝ icludat i altero: ꝑ qđ dic̃ phs .8. topico. nunc aũt pſeuerantia includit in cõtinẽtia ⁊ nõ ecõuerſo. cõtinẽs. n. eſt ille qui vincit cõcupiſcentias turpiũ voluptatum: ⁊ pſeuerans qui non vincit a triſtitijs oppoſitis delectatõib⁹ turpib⁹. nunc aũt oĩs qui vincit ↄcupiſcẽtias voluptatũ nõ vincit a triſticijs oppoſitis illis delectatõibus. ⁊ nõ ecõuerſo. ⁊ iõ oĩs cõtinens ẽ pſeuerans. ⁊ nõ ecõuerſo. iõ nõ opꝫ ꝙ incõtinentia ſit peior mollicie. cũ incontinẽtia includat pſeuerantiam. verbi gratia. bñ viuere eſt melius ꝙ̃ viuere. ⁊ ex hoc non ſequit ꝙ non bene viuere ſit peius ꝙ̃ non viuere. ⁊ hoc qꝛ alteꝝ includit in altero. ſ. viuere i bñ viuere Circa iſta fugiẽda. ⁊ eoꝝ oppoſita ſunt tria no-

tanda. ꝑmum est q꞉ laudabilia ⁊ etiam fugienda hic enumerata pñt cōuenire hoībus. q꞉ cū hō sit mediū inter substātias sepatas ⁊ alia bruta ꝑ inte⁹ cōicās cum substātijs sepatis. ⁊ cum brutis in potentijs sensitiuis. ⁊ mediū inter aliqua aliqualr attingit vtrunq꞉ extremum pōt rōnalis pars hoīs pfici vltra cōem modū humane perfectōis q̄i in sīlitudine subārū separatarū. ⁊ hui⁹ perfectio vocat̄ vt⁹ heroyca. ⁊ dr̄ heroyca vt sol̄ heroyb⁹. i. semideis ꝯueniēs. vt dic̄ Eustracius intelligens per semideos viros deo appropinquantes vltra cōem modū hoīm. pōtest etiā aīa humana p hoc q̄ ꝑ partem sensitiuā ꝯuenit cū brutis attingere ad maliciā bruti. vt q̄n affectōes partis sensitiue corrumpūt̄ in homine vsq꞉ ad sīlitudinē bestiarū. ⁊ huiusmōi malicia vocat̄ bestialitas sup incōtinentiā ⁊ maliciā hominū. siue humanā. pōt etiam anima humana mediomō se habere non declinando ad aliquod extremoꝝ inter que est mediū. ⁊ tūc qđ est laudabl̄e in hoīe medio mō se habente vocat̄ virtus. ⁊ fugiendū in homīe sic se habēte vocat̄ malicia ⁊ incontinētia. ⁊ sic p꞉ q̄ fugienda ꝑdicta circa mores ⁊ etiā laudabilia ꝯtra possunt hominib⁹ cōuenire. 2⁹ notandū circa virtutem heroycā q̄ ipa non ē spē distincta a virtutib⁹ cōiter dictis. s. a fortitudine māsuetudine tēperantia. ⁊ sic de alijs. Nam in spē cuiuslibet vtutis superexcellentia cōem modum hominū est virtus heroyca. qđ p꞉ h̄ p Eustraciū dicentē q̄ si quis fiat fortis super oēm fortem. eius fortitudo est fortitudo heroyca et diuina. et si aliquis fuerit tēperat⁹ vltra omnē temperatū ei⁹ temperātia ē tēperantia heroyca. ⁊ sic de alijs spēbus virtutis. vñ in qualibꝫ spē virtutis moralis est reperire vtutem heroycam. vt liberalitatem heroycā. mansuetudinē heroycam. ⁊ sic de alijs. Eodem mō bestialitas pōt inueniri in qualibꝫ spē malitie opposite vtuti vt timidus vltra cōem modū hoīm dicit̄ timid⁹ bestial̄ ⁊ audax vltra cōem modū hoīm dr̄ audax bestialis. ⁊ sic de alijs spēb⁹ malitie vt patebit p ph̄m infra in isto septimo ca. 5. vtrū aūt virtus heroyca manens heroyca: aut bestialitas habeat gradus demōstrātes ꝑ magis ⁊ minus. vel sit supremus gradus sue spēi nō de termino ad pñs. 3⁹ est notandū q̄ bestialitas accipit̄ dupl̄r. s. largē ⁊ stricte. Si accipiat̄ large tunc accipit̄ p omni malicia supexcedēte cōmunem maliciā hoīm siue sit ex puersitate nature siue ex egritudīe aut ꝯsuetudīe. et sic loq̄t̄ ph̄s in isto ꝑ ca. Alio⁹ accipit̄ stricte. ⁊ sic solum accipit̄ p malicia supexcedēte pueniente a cōplexione naturali. ⁊ sic loquit̄ ph̄us de bestialitate. c. 5. huius. 7. vbi distinguit bestialitatē ꝯ maliciam egritudinalem ⁊ cōsuetudinem.

Oportet autem queād

modū in alijs ponentes que apparent. ⁊ ꝑmū dubitātes: sic ondere maxime quidē oīa pbabilia circa has passiones fiat mō plura ⁊ principalissima. si. n. soluant̄ difficilia: ⁊ assumant̄ pbabilia. ostensum vtiq꞉ erit sufficiēter. Uidetur vtiq꞉ ꝯtinētia ⁊ pseuerātia studiosoꝝ ⁊ laudabiliū eē. Incōtinentia aūt ⁊ molicies prauorum ⁊ vitupabilium. ⁊ idē ꝯtinere ⁊ pmāsiuos in rōne. ⁊ incōtinens ⁊ egressiuus a rōne. Et incontinens quidem sciens q̄m praua agit ppter passionē. cōtinens aūt sciens q̄m praue cōcupiscentie: non sequit̄ per rōem. Et tpatū quidē cōtinentem ⁊ pseueratiuū. talem autē quidem oēm temperatū. hi aūt no. 3. et in tpatum incōtinentē. ⁊ incontinentē intemperatū cōfuse. hi aūt alterum esse aiunt. Prudentē aūt q̄nq꞉ qđ non aiunt cōtingere eē incontinentē. q̄nq꞉ aūt quosdā prudētes exñtes ⁊ dinos incōtinētes esse. Adhuc incōtinentes quidē dicunt̄ ⁊ ire et honoris ⁊ lucri. que quidē igit̄ dicunt̄ h̄ sunt.

Hec est scđa pars ꝑncipalis hui⁹ capl̄i in q̄ narrat modum pcedendi circa ea de quibus est determinatur in hoc li⁹ s. circa cōtinentiam ⁊ incontinentiā pseuerantiā ⁊ molliciē. et sic de alijs. Et nō est mod⁹ pcedēdi talis. ꝑ eni circa ista ponēda sunt pbabilia hoc ē opiniōes pbabiles. ⁊ si non oēs: tñ ponēde sunt opiniōes maxime ꝑncipales. Deinde ponenda sunt ⁊ soluenda dubia circa ꝑdicta. Si enim soluant̄ difficilia ⁊ assumant̄ pbabilia sufficienter erit determinatū. Deinde cum dicit (Uidet̄ vtiq꞉ ꝯtinentia) ponit. 6. pbabilia. ⁊ ꝑ pponit pbabilia tria. circa ꝯtinentiā pseuerantiā ⁊ eoꝝ opposita ꝑmum pertinet ad bonitatem ⁊ malitiam ꝑdictorum ⁊ est q̄ cōtinentia ⁊ tēperantia sunt studiosa ⁊ laudabilia. incontinētia ⁊ mollicies praua ⁊ vituperabilia (Et idem cōtinens) 2⁹ pbabile pertinet ad diffinitiones eoꝝ: ⁊ est q̄ idem videtur esse continens ⁊ permansiuus in ratione. i. iudicans s̄m rōem quid est agendum. ⁊ incontinens videt̄ esse idem qđ egressiuus a ratiōne. i. a iudicio ratōis (Et incontinens qđ sciēs) 3⁹ pbabile pertinꝫ ad eoꝝ operationes. et ē q̄ incontinens scit aliqua esse praua. ⁊ tñ agit ea ppter passionem. cōtinens vero patitur cōcupiscentias quas scit esse prauas ⁊ non sequitur eas ppter iudicium rōnis. ⁊ hec sunt extendēda ad perseuerantiam ⁊ molliciē (Sꝫ circa tristicias ⁊ temperatum quidē) circa cōparatōes istoꝝ. s. cōtinentie ⁊ incontinentie alia duo probabilia ponit: quoꝝ ꝑmum accipit̄ ex compatione cōtinentie ad tēperātiā ⁊ pseuerātiā. ⁊ dicit q̄ tēperatus videt̄ esse continēs ⁊ pseuerāt̄ ⁊ hoc loquendo vl̄r de omni tempato ⁊ quidā dicunt q̄ non est ita. ⁊ circa opposita illorū dicunt q̄ omnes intemperatus est incōtinens ⁊ omnis incōtinens intemperat⁹. Confuse hoc ē absq꞉ alia distinctione. Quidam aūt alij dicūt

ꝙ sunt altera ꝛ non sunt oio idem (Prudentes aūt qnq̃) 5ᵘˢ ꝓbabile accipit per cōparationē ad prudentiā ꝛ dicit ꝙ hoies qnq̃ dicunt. quia cōtingit prudentem eē incōtinentem. quidam aūt dicūt ꝙ quidā prudētes ꝛ diuini.i.igeniosi sunt incōtinentes (Ad incōtinentes) 6ᵘˢ ꝓbabile ponit circa materiā cōtinentie ꝛ incōtinētie ꝛ est: ꝙ qnq̃ dicunt aliqui ꝯtinentes vł incōtinentes nō solum circa ꝯcupias: sꝫ etiā circa itaꝫ honoreꝫ ꝛ lucruꝫ. Ista sunt.6.ꝓbabilia que dicunt circa cōtinentiam ꝛ incōtinentiā ꝑseuerantiā ꝛ molliciem.

Capitulum secundū

tractatus pmi in quo ponunt.6.dubia circa ꝓbabilia aā dicta. pmum vtrum incōtinens sit sciens illud esse malum qđ opatur. 2ᵘˢ vtrū incontinēs habeat prudentiā ꝯ tendentē ꝯcupiscentije. 3ᵘˢ vtrū idem sit ꝯtinens ꝛ tēperatus ꝛ incōtinens ꝛ intēperatus. 4ᵘˢ vtruꝫ cōtinens sit ideꝫ ꝯuertibilr qđ ꝑmansiuus i rōne ꝛ incōtinens idē ꝙ egressiu⁹ a rōne. 5ᵘˢ vtrū intēperatus sit peior incōtinente vel incōtinens intēperato 6ᵘˢ vtꝝ ꝯtinētia ꝛ incōtinentia sint circa totā materiā moralē. s.circa ꝯcupias: itā lucrum ꝛ honorem.

Dubitabit aūt utiqꝫ

aliqs qualr estimās recte incontinens est quis. scientē quidē igit non aiunt: quidam possibile esse. durū.n. sci ꝛ existe vt existimabat Socrates. Aliud quidē īperare ꝛ trahere ipm queadmodū seruū. Socrates quideꝫ n. totaliter pugnabat ad rōem vt non existe incontinētia. Nullum n existimāteꝫ operari ꝑter opti⁹ sꝫ ꝑpter ignorantiā. Iste quideꝫ igit sermo dubitat apparētib⁹ manif. ste ꝛ optimū querit circa passionē si ꝑpter ignorātiaꝫ quis modus sit ignorātie. Qm̄.n.non existimat incōtinens existens añ passionē fieri manifestū. Sunt aūt q̄dā q hoc quidē concedūt. h autē non. scia qdeꝫ .n.nihil eē meli⁹ ꝯfitēt. Nullū autē opari ꝑter opinatū melius nō consuet. ꝛ ꝑpter hoc incōtinentē aiunt nō sci im hītem īperari a voluptatib⁹ scđm opinionē. Sꝫ tñ siquidē opinio et nō scia neq̧ fortis suspicatio ꝯtēdens: sꝫ quieta quē admodū in dubitātib⁹. venia.n.quidē ē nō manere in his ad ꝯcupias fortes. malicie aūt non venia. neq̧ alioꝝ nulli vituꝑabilium.

Istud est 2ᵘˢ cap⁹ tractat⁹ pmi. in quo ponit dubia circa ꝓbabilia dicta ꝛ ꝯtinet. 6. ptes. In pma ponit dubitationē circa 2ᵘˢ ꝓbabile qđ est maxie dubitablr: qđ erat de actu cōtinentie ꝛ incōtinētia. in 2a ibi (Prudētia aūt ꝯ tendentē) ponit 2a dubitatio circa 5ᵘˢ ꝓbabile de opatōe ꝯtinentie ꝛ icōtinētie. i.3.pte ibi. (Adhuc si in qđ) pōit 3ᵘˢ dubiū circa.4ᵘˢ ꝓbabile qđ erat de cōparatione ꝯtinētie ad tēperātiā ꝛ intēperantiā. in.4. pte ibi (Adhuc si oi opinioni) ponit 4ᵘˢ dubiū circa ꝓbablr qđ erat de diffinitione ꝯtinētie ꝛ incōtinentie. in.5.pte ibi (Adhuc in ꝑsuaderi) ponit 5ᵘˢ du⁹ circa pmū ꝓbabile qđ erat de bonitate ꝛ malicia ꝯtinentie ꝛ incōtinentie ꝑseuerantie ꝛ molliciei. in.6.pte ibi (Adhuc si circa oia) ponit 6ᵘˢ dubiū circa 6ᵘˢ ꝓbablr de materia ꝯtinētie ꝛ incōtinētie. pma pars ꝯtinet.3 ꝑticulas. in pma ꝓponit dubitationē ꝛ arguit ad vnā ptē dubitatōis. in 2a ibi. (Iste igit sermo) arguit ad aliā pteꝫ qōnis. in.3 particula ibi (Sunt aūt quidam) excludit opinionē quorundam circa pmum dubium. Est igit dubitatio prima. vtrum existimans recte idest sciens sit incontinens. ꝛ arguit probando ꝙ non potest esse ꝙ aliquis posset esse simul sciens ꝛ incōtinens. ꝛ hec est ratio. scia est fortissimum ꝛ optimū in homine: sed fortius non vincit a debiliori. igitur impoßle est: ꝙ scia existe in hoie ꝙ aliquid aliud īper sciente in hoie ꝛ trahat ipam tanq̄ seruā. imo cum scia sit maxima ꝑfectio in hoie ipsa dꝫ dñari ꝛ impare pti sensibili sicut 2ae. ꝛ hec fuit quedā ratio Socratis cui totalr insistebat ad ꝓbandum incōtinentiaꝫ non esse. Dixit.n. ꝙ nullus possꝫ opari ꝯtra sciam suam ꝛ sic ꝙ nullus ē incōtinens. vñ dixit ꝙ nullus recte existimans opatur aliquid ꝑter opti⁹: sꝫ oēs male opans opat male ꝑpter ignorantiā (Iste quidē igit sermo) hec est scđa ꝑticula in qua obycit ad ptem ꝯriam dicens ꝙ illud dcm̄ Socratis est ꝯrium his que manifeste apparent. videmus.n. manifeste ꝙ quidaꝫ operant illud qđ sciunt esse malum manifestū eni est ꝙ incōtinēs anteq̄ passio superueniat nō existimat faciendū illud qđ postea facit ꝑpter passionē. Si igit dicat ꝙ exñs actu in passiōe ignorat qd est faciendū ꝛ ita opat malum propter ignorantiaꝫ optimum est querere qs modus ignorantie sit in incōtinente existe in passione. hoc.n.est dubitablr (Sunt autē quedā) h est tertia particła pme partis. in qua excludit opioneꝫ seu solōneꝫ quorūdā ad ꝑdictum du⁹ ꝛ dicit ꝙ quidam cōcedunt illđ dictuꝫ Socratis. ꝙ scientia est optimū in hoie. ꝛ iđ scia non trahit aliquis nec agit ꝯ sciaꝫ suā. illud tñ dcm̄ .s. ꝙ aliquis pōt opari ꝑter illud qđ opinat eē melius non cōcedunt sꝫ dicunt ꝙ incōtinens q superatur a voluptatibus opatur malū non contra sciam: sed contra opinionem. vnde impossibile est 2m eos ꝙ aliquis operet illđ qđ opinatur esse malum: sed non qđ scit eē malū. ꝛ sic dicunt ꝙ incōtinens non habet scientiam sꝫ opinioneꝫ (Sed tamen siquidem opinio) excludit opinionem istā seu rñsionem ostendens ꝙ icōtinens non est: qui non habet sciaꝫ sꝫ opinionē de malo qđ agit qm̄ malū ē: quia opinio ꝯ quā operat incontinēs: aut ē fortis ꝛ firmā aut debilis ꝛ remissa. pmam ptem hui⁹ disiunctie nō

ponit h̄ pħs in textu: sȝ eas supponit sed scd̄am ꝑtem ponit h̄ si sit fortis et firma non pōt hn̄s talem opinionem ↄ̄ eam agere ꝑpter fortitudinē ⁊ firmitatē opiniōis. sicut non pōt aliquis agere cōtra suā sciam ꝑpter firmitatē scie. opinans igiẗ fortiter ⁊ firmiter aliqd eē malū nō pōt illud malū agere nec bonū nō agere quod firmiter opinaẗ esse bonū. si vero opio sit quieta. i. debilis ⁊ remissa vt iā possit in dubiū venire quod debiliẗ opinatū est sic debiliẗ opinans fortib⁹ succūbens ↄcupiscentijs erit venia dignus. hoc est non erit vituperabilis: nec est sibi imputādū: ⁊ ita sequiẗ ꝙ si incontinens agit ↄ̄ opionem debilem ⁊ ifirmam ꝙ erit dignus venia. et ita īcontinentia non erit malicia nec vituperabil' cum ōis malicia sit vituꝑabilis ⁊ venia non digna. sed hoc est inconueniēs ꝙ incontinētia n̄ sit malicia. icōueniēs est igiẗ ꝙ incōtinens sic ille qui agit ↄtra opionē suā. qr nec diciẗ incontines qr agit ↄtra opionem firmam nec qr agit ↄtra opinionē debilem ⁊ remissā. si igiẗ in incōtinente sit aliquid ↄtra tendens cōcupiscentie sicut dicunt socratici. sicut incōueniens est illud esse sciam: ita inconueniens ē illud esse opinionem. Lycon. dubitat hic. cū. n. ex predictis pȝ ꝙ malicia opponiẗ ⁊ ↄ̄riaẗ virtuti. nō potest incōtinentia esse sub malicia. sicut nec ↄtinentia sub virtute. nō ḡ videẗ hoc incōueniens sȝ verū ꝙ incontinētia nō est malicia. R̄ndet. d. forte ꝙ pħs sumit hic maliciā cōiter ad oē vituperabile ⁊ indignū venia.

Prudentia ergo contra|ien

dētē. hoc enī fortissimum. sed incōueniēs. erit . n. idem simul prudens ⁊ incōtinens. dicet aūt vtiqȝ nullus prudētis eē operari volentē prauissima. cū his aūt ostensū est p⁹ qm̄ actiuus quidē extremoꝝ. prudēs. n. aliquis ⁊ alias habēs virtutes.

Hec est secūda pars in qua poniẗ scd̄a dubitatio. que est circa 5ᵐ ꝓbabile ⁊ est vtꝝ incōtinens hēat prudētiā ↄtratendētē cōcupiscētie. ⁊ h̄ est. vtrū idē homo sit simul prudens ⁊ incōtinens. ⁊ cōtinet. 2. ꝑticlās. in p̄ma arguit ad ꝑtem affirmatiuam ꝓbando ꝙ incōtinēs hȝ prudētiā cōtratēdētem ↄcupiscentijs. in 2ª ꝑte ibi (Sed incōueniens) arguit ad ꝑtē oppositam. Arguit igitur p̄ ad ꝑtem affirmatiuā sic incōtineni hȝ opinionem ↄtratēdentē concupiscentijs prauis ⁊ non habet opionem debilem qr tunc nō esset sibi imputādū. ḡ hȝ opionē ↄtratendētē fortē. sȝ oīum opinionū prudentia ē fortissima. igiẗ incōtinens maxīe habȝ prudētiā ↄtratendētē (Sed incōueniens) hec est scd̄a particula ī qua arguit in cōtrariū ꝓbādo dupliciter ꝙ incōtinens non habet prudentiā ↄtratendentem. p̄. quia sic sequereẗ ꝙ idem sit sic prudens e incōtinens. sed hoc est incōueniens. qr incōtinens ē qui volēs opatur turpissima. Nam dictum est in 6º huius ꝙ ille est peior qui peccat voluntarie ꝙ̄ ille qui peccat inuoluntarie ⁊ sic prudens eēt malus (Cum his aūt) 2º arguitur sic. ostensum est in 6º huius. ꝙ prudens est actiuus extremoꝝ. i. singularium operabilium. ⁊ per ↄn̄s est cognoscens operabilia singularia. ⁊ non solum est ostensum h̄. sed etiā ē ostensū ꝙ prudens habet virtutes morales sed virtuosus non operatur ↄ̄ virtutes sciens: igiẗ incōtinēs non hȝ prudentiā ↄtratēdētem.

Adhuc siquidem in eo

qd̄ est cōcupiscētias habere fortes ⁊ prauas. cōtinens non erit tpāc⁹ ↄtinens neqȝ cōtinēs tpātus. neqȝ. n. qd̄ valde tpāti: neqȝ prauas hr̄e. sȝ tn̄ oportet quidē. siquidē. n. bone cōcupiscentie prauis ꝓhibens habit⁹ nō sequi. Quare tōtinentis non oīs studiosa. si autē infirme ⁊ nō praue nihil venerabile. neqȝ si praue ⁊ infirme nihil magnum.

in quo continētia ⁊ incontinētia ɔ̄pantur ſm d̄riam ⁊ ſm bonitatē ⁊ malitiā aliis habitibus cū quibus conueniunt in materia seu obiecto ponēdo d̄riam inter continētiā ⁊ incōtinētiā. ⁊ inter tēperantiā ⁊ intēperantiā ⁊ perseuerantiā ⁊ mollitiē.s. de vnoquoq̧ ēt istoꝝ declarādo p̄ qd̄ est melius ⁊ qd̄ peius.

Circa eas autē que per tactū ⁊ gustū delectationes ⁊ tristitias ⁊ concupiscētias ⁊ fugas circa quas ⁊ temperātia ⁊ intēperantia determiata ē prius. Est quidē sic habere ut vinci ⁊ quibus multi meliores. Est aūt superare ⁊ quibus multi minores. Hoꝝ hic quidē circa delectationes incontinēs. hic āt continēs. Hic āt circa tristitias mollis hic āt perseuerans intermediū ⁊ pluriū hitus. ⁊ si inclinant magis ad deteriores. Quia āt q̄dam delectationū necīe sunt. he āt nō ⁊ vsq̧ ad quid. superabundantie āt nō neq̧ defectus. sile āt ⁊ circa concupias habet ⁊ tristitias. superabūdantias quidē persequēs delectationū vel ſm superabūdantias vel propter electionē: et propter ipsas ⁊ nihil propter alterū adueniēs intēperatus. Necīuz enim habēs nō esse penitentē. q̄ insanabilis. deficiēs āt oppositis. medius āt tēperatus. similiter aūt ⁊ fugiēs corporales tristitias nō propter vinci: sed p̄pter electionē nō eligentiū āt. hic quid ducitur p̄pter delectationē. hic āt propter fugere tristitiaz q̄ a concupiscētia quare d̄rnt ad inuicē. Oi autē vtiq̧ videbitur deterior esse: si quis nō concupiscēs: vel quiete operatur aliquid turpe q̃ si vehemēter cōcupiscēs: ⁊ si nō iratus percutit q̃ si iratus. Quid.n. vtiq̧ faceret in passiōe existens propter qd̄ detēperatus deterior incontinēte. dictoꝝ vtiq̧ hec quidē mollitiei spēs magis: hī āt. intemperatus aūt opponitur tēpato. Opponitur āt incontinēti quidē continēs. molli aūt perseueratiuus. perseuerare quidem enim est in eo qd̄ est cōtratenere. continētia āt in eo qd̄ est superare. quēadmodū ⁊ nō vinci eius qd̄ ē: propter qd̄ ⁊ eligibilius continētia perseuerantia est. deficiens aūt ad que multi ⁊ cōtra tendunt ⁊ possunt: iste mollis ⁊ delicatus. ⁊ enim delitia mollities quedā est qui trahit vestimētū ut nō laboret eā que leuare tristitiā ⁊ imitans laborantē. nō existimatur miser esse misero silis exn̄a. Silr̄ aūt habz ⁊ circa cōtinētiā ⁊ icontinētiaz. Nō enim si quis a fortibus ⁊ sup excellentibus delectationibus vincitur vel tristitijs admirabile: sed condonabile si cōtratēdentes quēadmodū theodocti philotetes a vipero percussus vel a carcbnio maiocker cbion. ⁊ quēadmodū continēre tēperantes risum repente effundunt. quale coaccidit xenophanto. Sed si quis ad quas multi possunt abstinere ab his vincitur non potest contendere p̄pter naturā generis vel propter egritudinē. puta in Sytaꝝ regibus mollities propter gn̄s ⁊ ut femininū ad masculinū distat. videtur aūt ⁊ lasciuus intēperatus esse. ē aūt mollis. lusus.n. remissione. siquidem igitur quies. ad hanc āt superabundantium est lesiuus.

Istud ē 7ᵘᵐ capᵐ. in quo ph̄s compat continētiam ⁊ incontinētiam ad alios habitus qui negotiantur circa eandē materiam cū continēnia ⁊ incōtinētia: ⁊ continet duas partes principales. In prima distinguit continētiam ⁊ incōtinētiam ab alijs habitibus cuz quibus cōmunicant in materia: ⁊ comparat eos ad inuicem secūdum bonitatē ⁊ malitiā. In secunda ibi (Incontinētie autem) distinguit incōtinen

tiam humanā in duas species. prima pars cō-
tinet duas particulas. In prima primo ponēs
conuenientias inter dictos habitus distinguit
continētiā ꝛ incontinētiam a temperantia ꝛ in
temperantia perseuerātia ꝛ molicie. In secun-
da particula ibi (Omnino autē vtiqꝫ) cōparat
predictos habitus ad inuicem secūdū bonita-
tem ꝛ malitiam. Omnes predicti habitus con
ueniunt in duobus. p̊ in hoc ꝙ oēs huiusmodi
habitus sunt circa delectatiōes ꝛ tristitias cō
cupiscētias ꝛ fugas que pertinēt ad tactū ꝛ gu
stū circa quas est tēperantia ꝛ intēperantia. Sa
conuenientia est quātum ad modū se habendi
circa passiones qui modus consistit in vincere
hu9 passiones vel vinci ab eisdem. contingit enī
quosdā sic se habere circa delectationes ꝛ tristi
tias vt vincātur ab eis. quibus multi sunt me
liores ꝛ fortiores: ut illi qui vincunt fortiores
sunt ꝙ̄ illi qui vincūtur. contingit ēt ꝙ aliqui
superent tales passiones quibus multi sūt mi
nores. i. debiliores. q. d. a quibus multi superā
tur. s. minores. i. debiliores. debiliores eni sunt
illi qui vincuntur ꝙ̄ illi qui vincunt (Horꝝ aūt
h quidem) ostēt aūt continētes ꝛ incontinētes
a molli ꝛ perseuerenti in hoc ꝙ cōtinēs ꝛ incō
tinēs sunt circa delectationes tactus: sed mol
lis ꝛ perseuerans sunt circa tristitias oppositas
vel delectationibus. Licoñ. exponit hanc lrāꝫ
sic. horū. s. victorꝝ a leuibus ꝛ superantiuꝫ for-
tes. hic quidē. i. victus a leuibus circa delecta-
tiones. i. victus a leuibus delectationibus est
incontinēs. h aūt. i. superans fortes delectati-
ones est continēs. h aūt circa tristitias. i. vict9
a leuibus tristitiꝭs est mollis. h autem. i. supe-
rans fortes tristitias est perseuerans. Istā lit-
terā (Inter me9āt pluri9 habitus ꝛ sꝫ inclināt
magis ad deteriores) cōis expositor expōit sic
qꝛ diuersi sunt gradus delectationū ꝛ tristitia-
rū ꝛ hoīuꝫ qui eas superant ꝛ ab eis superant.
ma9 est ꝙ predicti habitus possunt esse medij
inter plura. qꝛ inter plures gradus delectatio-
nū ꝛ tristitiaꝝ. sed tamē illi habitus qui sonāt
in malum magis declinant ad deteriores. ma-
gis enim dicuntur incontinētes vł molles qui
a minoribus delectationibus ꝛ tristitijs vincū
tur. sicut ꝛ hōi habitus magis inclinant ad me
liores. magis enim dicuntur continētes ꝛ per-
seuerantes. qꝛ maiores delectationes ꝛ tristiti
as superant. potest etiā intelligi ut idem expo-
sitor dicit ꝙ hoīes magis inclinantur ad dete-
riores habitus. s. ad incontinētiam ꝛ mollitiē.

Eustratius aliter exponit sic. habitus pluri
um. i. multorꝝ interme9 hoc est medietates sꝫ
qꝛ aut medietas est virtus propter hoc dixit si
est medietas. tamē ad deterius inclinat. istorū
enim habituū. s. perseuerantie ꝛ mollitiei conti
nētie ꝛ incontinētie sunt medietates. verbi gra
tia. aliqua est medietas inter mollitiē ꝛ perse-
uerantiā. multi enim vincuntur a tristitijs ꝙ
has perseueratiuus est melior ꝛ superant tristi
tias a quibus mollis vincitur ꝛ tales sunt me-
dij inter perseueratiuos ꝛ molles. ꝛ rursus mł-
ti superant delectationes quibus incontinēs
vincitur. vincuntur aūt a delectationibus q̄s
continēs vincit. quibus victis continēs melior
est. ꝛ illi sunt medij inter continētem ꝛ inconti
nētem. sed tamē ad delectationes deteriores i-
clinant. s. isti habitus medij inclinant ad dete-
riores delectationes ꝙ̄ habitus bōi. s. ꝙ̄ perse
uerantia ꝛ continētia. qꝛ vincuntur a delecta-
tionibus ꝛ tristitijs a quibus nō vincuntur ꝑ-
seueratiuus ꝛ continēs. ꝛ hec expositio planior
est ꝛ melior. Notāda sunt h tria. primo scōm
eustratiū. ꝙ continētia ꝛ incontinētia nō sunt
solum circa delectationes. sed etiā circa tristi-
tias. sed magis negociantur circa delectatiōes.
Absentia enim delectationū nō tristatur conti
nēs. similiter autē mollis circa delectabile ne-
gociatur. magis tamē circa tristitias negociat.
Si enim mollis concupiscat vinū de vernatia
ꝛ nō potest concupiscētiam adimplere tristat
valde mollis. 2° est notandū ꝙ multi sup er-
abundanter querunt delectationes. qui tamē
nō fugiunt tristitias supabundanter. multi. n.
multas tribulationes labores ꝛ pericula sust i
nēt propter delectationes ꝯsīdas: ut pꝫ ī mul
tis incontinētibus qui propter delectationes
corporales ꝯsīdas patiuntur frigora ꝛ calores
ꝛ multa pericula ambulantes solitarij per no-
ctes hyemales in tempore frigidissimo ad con-
sequendū delectationes corporales ꝛ volupta
tes. ꝛ tales magis negociantur circa delectati-
ones ꝙ̄ circa tristitias. magis enim prosequū-
tur delectationes ꝙ̄ fugiunt tristitias. sunt ēt
multi qui magis fugiunt tristitias ꝙ̄ ꝓsequūt
delectationes. ut pigri qui permittunt vestes
suas fluere deorsum in terra ꝛ in luto ut vitēt
laborem vel tristitiā laboris que proueniret al-
leuando vestes sursum a terra. qui tamen non
prosequūtur superabundanter delectationes
corporales. ꝛ sic patet ꝙ aliqui magis ꝓsequū
tur delectationes ꝙ̄ fugiant tristitias. ut incō
tinētes ꝛ aliqui alij magis fugiunt tristitias ꝙ̄
prosequuntur delectationes ut molles. 3° ē
notandū ꝙ continētia ꝛ incontinētia perseue-
rantia ꝛ mollities sunt circa delectationes tri-
stitias concupiscētias ꝛ fugas. diuersimode ta
men ut quidam dicunt. qꝛ delectationes ꝛ tri-
stitie sunt passiones circa quas negociātur pre
dicti habitus. sed cōcupiscētia ꝛ fuga sunt ope
rationes istorꝝ habituū circa dictas passiones
. s. circa delectationes ꝛ tristitias. Et credo ꝙ
concupiscētia ꝛ fuga sunt vno modo operatio-
nes ꝛ sic sumuntur hic. ꝛ alio modo sunt passio
nes ꝛ ita dicuntur equiuoce de operationibus
ꝛ passionibus. ꝛ hoc videtur Licoñ. dīc super

;?' ethico. (Quis aũt quidẽ) predicti habitꝰ sunt continẽtia ⁊ incontinẽtia perseuerantia ⁊ mollities differunt a tẽperantia ⁊ intẽperãtia. quia delectationũ tactus ⁊ gustus quedã sunt necessarie: ut cibi ⁊ potus. ⁊ quedã nõ sunt necessarie ut delicatiꝰ cibi aut potus delicati. et ille q̃ sunt necessarie: sunt necessarie ad aliquẽ certũ terminũ. est eni aliqua mẽsura cibi ⁊ potus necessarioꝝ hõi. sed neqꝫ superabundantie sunt necẽe homini nꝫ defectus. Et eodẽ modo ẽ circa cõtupiscẽnas ⁊ tristitias. ille igitur dicit̃ intẽperatus qui ex electione prosequitur superabundãtias delectationũ corporaliũ. ⁊ fugit tristitias eis oppositas: vel si nõ querit supabũdantes delectationes: querit tamẽ delectationes ꝑ supabundantias. i. superabũdanter concupiscẽdo delectationes corporales propter seipsas. ⁊ si nihil alterũ adueniens. i. si nihil aliud adueniat preter delectationes. vnde intẽperatus querit delectationem corporalẽ ex electõe tãq̃ finẽ: ⁊ nõ ꝓpter aliquẽ aliũ finẽ. ⁊ iõ qꝛ intẽpatus querit delectatiõꝫ tanq̃ finẽ: ⁊ homo immobiliter inheret fini quẽ ꝓpter se quesiuit: sequitur ꝙ necesse est intẽperatũ nõ esse penitentem de delectationibus quas quesiuit. ⁊ ideo nõ potest sanari. Non enim potest sanari nisi peniterꝫ volendo nõ quesiuisse huiꝰ delectationes. quia necesse est ꝙ virtꝰ ⁊ vitiũ sint voluntaria. Intelligenda sunt hic duo. primũ est ꝙ intẽperatus nõ solũ est ille qui querit superabundãtes delectationes. sed etiã ille qui corporales delectatiões mediocres ncẽias superabundanter querit ẽ intẽperatus: ⁊ sic potest eẽ aliquis intẽperatus circa delectationes tactus dupliciter. s. qualitatiue in superabũdanter querẽdo huiꝰ vel q̃titatiue querendo nimis aut nimis supabundantes delectationes. 2ꝰ est intelligendum ꝙ illud qđ hic dicit̃ ꝙ intẽperatꝰ ẽ insanabilꝰ dꝫ itelligi q̃tũ ad difficultatẽ. nõ q̃tũ ad ipossibilitatẽ difficile ei ẽ sanare intẽperatũ. qꝛ difficile est ꝙ peniteat: nõ tamen impossẽ: quia nõ ois intẽperatꝰ sit obstinatus in malitia. potest eniꝫ persuaderi ut dictũ est superius (Deficiens aũt) ⁊ sicut intẽperatus superabundat in querendo huiꝰ. delectationes ita insensibilis qui est ei oppositus deficit in querendo delectationes hiꝰ. ille aũt qui mediꝰ modo se habet circa corporales delectationes tactus ⁊ gustus ẽ tẽperatus. ⁊ sicut intẽperatus ex electione prosequitur corporales delectationes. ita ex electione fugit corpales tristitias. nõ qꝛ ab eis vincatur: sed propter electionẽ. Licoñ. dicit hic ꝙ habẽs vitiũ cõtrarium tẽperantie dicitur insensibilis a paucitate sensus. ⁊ nõ a priuatione sensus oĩo. (Non eligentiũ aũt) ex his patet drĩa inter intẽperatũ ⁊ incontinetem ⁊ mollẽ: qꝛ intẽperatus sequitur delectationes ⁊ fugit tristitias ex electiõe. sed incontinẽs ⁊ mollis operantur ex passione nõ ex electione: ⁊ drĩt incontinẽs a molli in hoc ꝙ icontinẽs ducitur ad incontinẽter agendũ propter delectationẽ: sed mollis est qui ducit̃ ⁊ vincitur a tristitia que est a cõcupiscẽtia. vnde mollis tristatur ex hoc ꝙ priuatur de re cõcupita. vnde hec tria drñt ab inuicem. qꝛ intẽperatus ex electione sequitur delectatiões corporales tactus: ⁊ fugit tristitias eis oppositas. incontinẽs vero nõ ex electione: sed ex passiõe sequitur hiꝰ delectationes ⁊ fugit tristitias oppositas: ⁊ mollis est qui a tristitia parua vincit̃.

(Dio autẽ vtiqꝫ) visa drĩa inter istos habitus. phs compat dictos habitus ad inuicẽ ꝑ bonitatẽ ⁊ malitiã. ⁊ ꝓ compat intẽperatuꝫ incontinenti ⁊ molli. 2º icontinentẽ molli. primo igit̃ intendit ostendere ꝙ intẽperatus est peioꝛ q̃ incontinẽs. ⁊ illud ꝓbatur diffusius in capitulo imediate sequẽti. ⁊ hic probat phs per rõꝫ talẽ. Quicũqꝫ operatur aliquod turpe nõ concupiscẽs vel quiete hoc est remisse cõcupiscẽs ẽ peioꝛ illo qui idẽ operatur concupiscẽs sicut pꝫ i exemplo. deterioꝛ. n. est aliquis si nõ iratus ꝑcutit q̃ si iratus percutiat. quid. n. faceret superueniẽte passione qui absqꝫ passione peccat: deterius. n. ageret exñs in passione q̃ extra passionẽ. sed intẽperatus nõ concupiscẽs vel remisse concupiscẽs operatur turpe: nõ eni vincit̃ a passione sed agit ex electione nõ ex passione: sꝫ icontinẽs operatur turpe concupiscẽs ⁊ nõ operatur ex electione sed victus a cõtupiscẽtia. ergo intẽperatus deterioꝛ est incontinẽte. de ista ratione ꝓ ponitur maioꝛ in textu. deinde 2º ⁊ minoꝛ pꝫ ex prius dictis (Hoꝝ vtiqꝫ). i. operãtiũ turpe ex electione ⁊ nõ ex passiõe. hec. i. intẽperantia que est cũ electione magis est species malitie q̃ incontinẽtia que est sine electione. intẽperatus enim opponitur tẽperato: ⁊ intẽperantia tẽperantie ⁊ tẽperantia ẽ spẽs virtutis. ideo intẽperãtia est species malitie. Littera quã exponit cõmẽtatoꝛ sic inueniebatur in exemplari Licoñ. hic quidẽ mollitiei spẽs magis. sed Licoñ. dicit ꝙ ista littera ẽ corrupta. d. credimus magis ꝙ exemplar nostrũ de cõmento fuerit hic corruptũ per vitiũ sciptoris facto saltu a malitie vsꝫ ad mollitiei. (Opponitur aũt incontinẽti) compat continẽtem ⁊ perseuerãtẽ ad inuicẽ ⁊ incontinẽtem ⁊ mollem. ⁊ dicit ꝙ incontinẽti opponitur continẽs ⁊ molli opponit̃ perseuerantia. perseuerare eni dicitur aliqs ex eo ꝙ tenet se cõtra impellẽs: ita ꝙ ab eo nõ vincitur. sed continẽtia est in eo qđ est superare ⁊ vincere contupiscẽnoꝛ delectationũ: ⁊ ex his probatur 2ª ps. i. ꝙ continẽtia est melioꝛ ⁊ eligibilioꝛ q̃ perseuerãtia. hec 2ª probatur sic. melius ⁊ eligibilius est vincere q̃ nõ vinci: sed cõtinẽtia vincit ⁊ superat ⁊ in hoc consistit continẽtia: sed perseuerãns nõ vincitur nec vincit: sed solũ consistit in hoc qđ est non vinci. igitur

melior et eligibilior est continẽtia ꝙ̃ perseuerã tia. Intelligendũ est h. ꝙ delectatiões sunt repellẽde et cohibẽde. et per ꝯñs vincende: sz cõtra tristitias est stãdũ. et ideo continẽtia que ẽ circa delectationes est in vincere et perseuerantia que est circa tristitias est in nõ vinci. (Deficiens aũt) compat incontinẽtẽ et mollẽ ad inuicẽ fm bonitatẽ et malitiã. et dicit ꝙ deficiens .i. victus et superatus a tristitijs ad quas multi cõtra tendunt resistendo et pñt vincendo. ille est mollis et delicatus. Sciendũ ꝙ mollis vincitur a nimis tristitijs: ut dicit h eustratius a quibus tñ nõ vincitur incontinẽs: et h innuit phs: cũ dicit: deficiens ad que multi. et ex hoc põt poni vna ꝯ°. l. 16. hu⁹ libri. s. ꝙ mollis ẽ peior ꝙ̃ incontinẽs que probatur sic. Ille qui a leuioribus vincitur est peior. sed mollis vincitur a leuibus tristitijs que leuiores sunt ꝙ̃ delectationes aut tristitie a quibus vincitur incõtinẽs igitur mollis est peior ꝙ incontinẽs. et dic phs ꝙ ille qui vincitur ab hu⁹ tristitijs quas multi superant est mollis et delicatus: qꝛ delitia ẽ q̃dam mollities. qm̃ delitia est quedam species mollitiei. mollis enim inordinate refugit oẽm tristitiã sed delicatus refugit tristitiã que contingit ex labore. Ille eni qui trahit vestes suas per lutũ ut nõ laboret vincitur a tristitia quã credit. sibi iminere ex labore quem sustineret si leuaret vestes. delicatus imitatur. tamẽ laborantẽ: qꝛ postea oz leuare vestes suas per lutũ tractas qð est laboriosum: et sic mollis et delicatus: licet nõ estimetur esse miser: tamen est misero similis in qñ a⁹ fugiens laborẽ oportebit sustinere laborẽ. similr se hz circa continẽtiam et incontinẽtiã. s. ꝙ hñt fieri circa delectatiões et tristitias sicut mollities et perseuerãtia. in h tñ est diuersitas. qꝛ continẽtia et incontinentia sunt p° circa delectationes. et s°ario circa tristitias. sed mollities et perseuerãtia p° sunt circa tristitias. deinde circa delectationes. (Non eni si quis a fortibus) remouet du⁹: qꝛ dictum est ꝙ incontinẽs est ille qui vincitur a delectatiõibus: et mollis qui vincitur a tristitijs: posꝫ aliquis credere ꝙ ois qui vincitur a delectationibus sit incontinẽs. et ois qui vincitur a tristitijs sit mollis. illud remouet probans ꝙ victus a fortibus delectationibus vel tristitijs cõtra tẽdens nec est incontinẽs nec mollis. et hec est ꝯ°. 17. que ꝓbatur sic. ille qui est ꝯdonabilis h est venia dignus. nõ est incontinens nꝫ mollis. qꝛ hi nõ sunt venia digni. sed victus a fortibus delectationibus vel tristitijs cõtra tẽdens. i. resistere nitens et cõtra eas pugnans est cõdonabilis. g̃ talis nec est incontinẽs nꝫ mollis. maior pꝫ de se et minor ꝓbaṫ ꝓbatione exẽplari. narratur. n. de phylotete. qꝛ ipse percussus in manu a vipera. i. a quodã serpẽte graue dolorẽ et tristitiã sustinuit et nitebatur cõtinere: sed nõ potuit: sed victus a tristitia clamauit dicẽs. abscidite mihi manũ. Et sile est de quadã muliere q̃ vocabaṫ malope. que grauiter percussa a q̃dã noie kartino nitebaṫ cõtinere et nõ potuit: et sic accidit illis qui tẽtant se cõtinere a risu et non pñt. sed subito ꝓrumpunt in risum sicut accic zenophãto. sicut. n. isti nõ dicunṫ incõtinẽtes vel molles: ita nec illi qui vincunṫ fortib⁹ passionibus vel tristitijs. nõ. n. est admirabile si aliquis a fortib⁹ passionib⁹ vincaṫ. sed si quis vincatur a talibus delectationibus vel tristitijs a quibus multi pñt abstinere. h est quib⁹ multi pñt resistere: tales dicunṫ incõtinetes vł molles. et hoc si illud nõ accidat eis ꝑꝑ naturã generis aut ꝑꝑ egritudinẽ. s. ꝙ nõ possint ꝯtẽdere vel resistere. tũc debẽt dici icontinẽtes vł molles. sed si h accidat eis ex natura gñis. s. ex nã ꝓgenitoꝝ ꝙ nõ possint sustinere tristitias nec labores nec resistere delectationib⁹: accidit eis ex natura ꝓgenitoꝝ sicut accidit regib⁹ et filijs regũ. s. qui multũ delicate sunt nutriti: nõ debẽt dici molles vel incontinẽtes simplr: sz debent dici molles mollitie regia vel molles gñe. talis. n. mollities inuenit in regib⁹ Scitaꝝ ꝑꝑ delicate nutriri ꝙ n pñt sustinere tristitias nec labores. et ita ẽ de ipotẽtib⁹ hi⁹ tristitias et labores ꝑꝑ egritudinẽ sustinere. sic ẽt ẽ de femis q̃ ꝑ ꝯpatiõz ad masculos ꝑꝑ infirmitatẽ nature ꝙ nõ pñt sustinere hi⁹ labores vel tristitias sic pñt masculi (videṫ ãt et lusiu⁹) excludit quẽdã errorẽ. posset. n. alicui videri. ꝙ lusiu⁹. i. qui multũ amat ludere. eẽt intẽpat⁹ vel incõtinẽs qꝛ in ludo est quedã delectatio et circa hi⁹ delectationẽ sũpabũdat lusiu⁹. Illð remouet phs .d. lusiu⁹ nõ ẽ intẽpat⁹ sed mollis: hec ẽ ꝯ°. 78. que ꝓbaṫ sic. Ille ẽ mollis qui q̃rit quietẽ et remissionẽ laboris: sed lusiu⁹ est hi⁹. nã lusus est remissio laboris que ẽ quedã quies. et hãc. s. quietẽ et remissionẽ laboris querit lusiu⁹. g̃ lusiu⁹ ẽ mollis. Notã⁹ ꝙ quies accipiṫ dupliṫ. p°: ut priuatiue opponiṫ motui. et sic accipiṫ i. 5°. phisico. alio mõ ut opponiṫ ꝯrie labori seu tedio vł tristitie laboris. et sic accipiṫ h. et nõ ꝓ priuatione mot⁹. multi. n. ludi cõsistunt in motu et non in quiete opposita motui. vñ qes i ꝓposito accipitur pro recreatione.

Incõtinẽtie autẽ hec

quidem ꝓuolatio. Decaũt debilitas. hi quidẽ eni ꝯsiliantes nõ imanent q̃bus cõsiliati sũt ꝓpter passionem. hi aũt ꝓpter nõ cõsiliari. nõ ducũṫ a passiõe. Quidã ei queãd⁹ ꝑtitillãtes n titillãtur sic et ꝑsentiẽtes et ꝑscientes et ꝑsuscitantes seipos et rõcinationẽ: non vincunṫ a passiõe: nꝫ

ß delectabil' sit neq3 ß tristis. Maxie aũt acuti ⁊ melácolici ſm effrenatiam incõtinentiá sũt i cõtinentes. hi quidẽ. n. ppter velocitatẽ. hi aũt pp vehemẽtiá nõ expectãt rõem ppter sequentes esse fantasie.

Hec est ſa pars principalis huius capituli. in qua ph's distinguit incontinẽtiam humanam in duas species. ⁊ primo diuidit incontinẽtiam. 2° narrat quibus competũt predicte due species icontinẽtie. dicit igitur primo φ incontinẽtiaꝝ quedá ẽ irrefrenatiõ l' ꝑuolatõ ⁊ quedá est debilitas. quedá. n. icõtinẽtes superueniẽte incontinẽtia ꝯsiliant̃ vꝫ debeant seq ꝯcupiaꝫ ſ3 nõ ꝑmanẽt nec sequũt̃ ꝯsiliũ ſ3 passionẽ is ꝑcõsiliatis faciat qñq3 nõ vinci. ⁊ talis incontinẽtia d' debilitas. quidá aũt incõtinentes nõ ꝑcõsiliant̃: ſ3 stati superueniẽte ꝯcupia eá sequũt̃ ⁊ hec icontinẽtia d' irrefrenatio vl' preuolatio pp sui velocitatẽ. q2 anticipat ꝯsiliũ nec consiliat̃. vꝫ h. s. mechari sit bonũ vel malũ et stati ducũt̃ a passiõe. si. n. ꝯsiliarẽt̃ nõ ducerẽt̃ a passiõe. Sic. n. qdá dicũt φ q ꝑus titillãt seipos postea ñ mouẽt̃ nec stimulãt̃ cũ ab alys titillãt̃. ⁊ p hoc vl't ph's oñdere φ ñ ois ꝑcõsilians vincit̃ a passiõib'. qdá. n. ꝑscientes. i. ꝑcõsiliátes ⁊ vidẽtes qm̃ hoc malũ ẽ ñ vincũt̃ a passiõe siue delectabil' sit siue tristis: quẽadmodũ ꝑtitillati. i. tritõeꝫ i ꝑtes corpis sui faciẽtes ꝑ nõ titillãt̃ ab alys sic ꝯsiliátes: ⁊ ſ' se ꝯsiliantes ⁊ ꝑuidẽtes φ h delcãbile malũ ẽ nõ vincũtur ab h delcãbili (Maxie aũt acuti) narrat q b' ꝯpetit h spẽs icontinẽtie. que d' irrefrenat'. ⁊ dic φ maxie sũt icõtinẽtes ſ' hác incõtinẽtiá: q d' irrefrẽatio. acuti. i. collerici ⁊ melancolici. neuter. n. expectãt ꝯsiliũ sed sequũt̃ fantasiá cõcupiscẽtie vel ꝯcupiscibil'. collerici pp velocitatẽ mot' collere. melácolici pp velocitatẽ mot' melácolie accẽse: cui' ipetũ nõ põt hõ ferre ß facili. ná terra accẽsa vehementissime ardet. et ẽ'o sanguinei ⁊ fleumatici hñt incõtinentiaꝫ debilitatis pp hũiditatẽ ꝯplexiõis que nõ ẽ fortis ad resistendũ ipressiõi vl' ipulsioni.

Capitulum octauuz

de ꝯpatõe incontinentis ⁊ tẽpati ad inuicẽ ſm bonitatẽ ⁊ maliciá ⁊ ſ' ꝯueniẽtiá ⁊ dr̃iaꝫ ⁊ de ꝯparacõe spẽꝝ icontinẽtie inter se.

Est aũt intempera

tus quidẽ quẽadmodũ dc̃ꝫ ẽ nõ pẽitiu' i manet. n. electõi. icontinẽs ãt penitiu' oĩs. pp qd nõ quẽadmodũ dubitam' sic ⁊ hꝫ. sic igit̃ h ẽ isanabil'. h ãt sanabil'. assilatur aũt malicia egritudi velud idropi ⁊ thisici. Incõtinẽtia ãt epilẽticis. hec qdẽ. n. ꝯtinua. hec aũt nõ ꝯtinua malicia. Et oio aũt alteꝝ ge' icontinẽtie ⁊ malicie. Malicia qdẽ. n. latet. i ꝯtinentia ãt nõ latet. Ipoꝝ aũt hoꝝ meliores excessiui φ rõeꝫ hẽtes qdẽ. nõ imanẽtes aũt. a minore. n. passione vincunt̃. ⁊ nõ imꝑcõsiliatiq quẽadmodũ alteri. sim̃s. n. icontinẽs velociter iebriati ⁊ a pauco vino ⁊ minori φ vt multi.

Istud ẽ 8' ca'. in q̃ incõtinẽs ⁊ itẽperat' cõparãt̃ ad iuicẽ i bõitate ⁊ malicia ⁊ ẽt ſ' cõueniẽtiam ⁊ dr̃iam. ⁊ ꝯtinet duas partes ꝑncipales. In ꝑma ꝯparat ph's incontinẽtiam ⁊ itẽperãtiaꝫ ad inuicem ſm bonitateꝫ ⁊ maliciá in scda parte ibi (Qm̃ quidẽ igit̃) ꝯpat incontinentiá ⁊ intẽperantiá ad iuicem ſ3 cõueniẽtiá ⁊ dr̃iam. In ꝑma igit̃ ꝑte ꝯpat incõtinẽtẽ ⁊ itẽperatũ ad iuicẽ ſ' bonitatẽ ⁊ maliciaꝫ. ⁊ ẽt ꝯpat spẽs incõtinẽtie ad iuicẽ. ꝑ igit̃ intendit ꝓbare φ itꝑatus ẽ peior φ icõtinẽs. 2° ꝯpat spes icõtinẽtie ad iuicẽ. ꝓbat igit̃ ꝑ φ intꝑat' ẽ peior φ icõtinẽs. ⁊ h ẽ ꝯ°19. q̃ ꝓbat̃ p. 4. rõẽs. ⁊ ſ' h ꝯtinet ista ꝑs. 4. ꝑticlas. Pria rõ ẽ h. Ille q opat̃ turpe nõ exñs pẽitiu' ẽ peior illo q opat̃ turpe pẽitiu' exñs: ſ3 itꝑat' opat̃ turpe ñ exñs pẽitiu' ⁊ icõtinẽs opat̃ turpe exñs penitiu'. igr̃ intꝑatus ẽ peior icõtinẽte. maior ẽ mãifesta: et minor declarat̃ sic. intꝑat' nõ ẽ pẽitiu'. q2 peccat ex electõe. in q̃ ꝑmãet eo φ eligit delectatõẽs corporales tãφ finẽ: ſ3 ois icõtinẽs de facili pẽitet. cessante. n. passiõe a q̃ vincebat̃. penitet eũ incõtinẽter egisse. vñ pꝫ φ sic ẽ dictũ ẽ φ itꝑatus est insanabilis. hic aũt. s. incontinent est sanabilis. vnde non est ita sicut superius fuit dictum in dubitationibus ca° 2° vbi argutum fuit φ intemperatus est sanabilis ⁊ incontinens insanabilis. imo est etõuerso. ideo intemperatus est peior. quia non est sanabilis sicut morbus corporalis incurabilis peior est φ morbus curabilis (Assimilatur autem malicia) in qua ponitur ratio secunda probans conclusionem que talis est. Malum continuum est peius malo non cõtinuo: sed malicia que est intemperãtia est malum continuum quia est habitus permanens de difficili mobilis ⁊ incontinentia est malum non continuũ. incontinens enim mouetur ad operandum turpe solum ex passione que cito transit. et sic incontinentia est quasi quedá malicia non continua. igitur intemperãtia est peior φ incontinentia: ⁊ intemperatus peior φ incontinens. minor declaratur per similitudineꝫ maliciarum ad egritudinem corporales sic. Intemperantia assilatur egritudibus que continentia isunt homini. puta idropici ⁊ ethisici. Incontinẽtia vero assimilatur egritudinib': que nõ ꝯtinue isunt homini cuiusmodi sũt epilentia. i. morbus caducus. ⁊ hi'. ⁊ sic patet φ itemperãtia est peior φ incõtinentia (Dio autem alterũ genus) 3° probatur eadem cõclusio sic. malum latens est periculosius malo nõ latẽte. malum

enim preuisum melius potest vitari. sed malicia que est itemperantia est malaꝫ latens. quia intemperatus est decepꝰ existimans illō esse bonum qō facit: qō tamen est malum. sed incōtinentia nō latet eum cui iest. habet eīm rōem per quaꝫ scit illud esse malum ad qō ducitur a passione. ergo ⁊c̄ (Ipsorum autē) comparat species icontinētie ad inuicē ꝓbans ꝙ incōtinētes preuolantes sunt minꝰ mali ꝙ̄ incōtinentes debiles. ⁊ hec est conclusio. 2o. ⁊ dicit ꝙ excessiui. i. preuolātes seu irrefrenati sunt meliores: hē minꝰ mali ꝙ̄ rōꝫ hñtes. i. ꝙ̄ icontinētes debiles nō imanētes ꝯsilio ⁊ rōi. ꝯ° ꝓbat dupliciter. ꝑmo per hoc ꝙ debiles vincunt a minori passione. ⁊ per ꝯñs sunt peiores. ⁊ ex hoc sequitur ꝙ preuolantes sunt minus mali ꝙ̄ debiles ⁊ hec potest esse quarta ratio ꝓbans conclusionem ꝑncipalem vt dicunt aliqui. s. ꝙ intemperatus est peior icontinēte. quia itemperatus vicit a minori passione hoc ē minus motiuū habꝫ ad turpe operandū ꝙ̄ incontinēs. qui habꝫ fortem passioneꝫ (Et non imꝑcōsiliati) 2° ꝓbatur ꝙ debiles sunt peiores ꝙ̄ ꝑuolantes. quia debiles sunt ꝑcōsiliati. preuolantes vero nō. imo debiles haoēt ratiōem ⁊ cōsilium. ⁊ tamē male ognat. iō sunt peiores. ⁊ ponit exemplum. d. ꝙ icontinens debilis silis est illis: qui velociter ⁊ de facili inebriant ⁊ a pauco vino ⁊ a minori ꝙ̄ multi. ⁊ sicut qui a pauco vino ⁊ inebriantur velociter sunt peius dispositi ꝑ corpus: ita debiles qui a minori passione vincunt sunt peiores ꝑm aiam. Et si dicatur ꝙ ꝑ hāc rōeꝫ incōtinens erit peior ꝙ̄ itēperatus. qr incōtinens est ꝑcōsiliatus ⁊ itemperatus nō. dicēdum per iteremptiōeꝫ qm̄ itemperatus est ꝑconsiliatus itemperatus enim peccat ex electiōe ⁊ electio ē finis ꝯsilij. vt dictum ē i 3° huius.

Quoniam quidem igitur

malicia incōtinētia non est manifestum. sed quo forte. H. a. quidē preter electiōem. H autem ꝑm electōem est. Insuper ⁊ sile quidem ꝑ actiones: quēadmodum ꝙ de modoiri ad milesios. Milesij. a. stulti quidem. a. nō sunt. Operant aūt qualia quidē stulti: ⁊ icontinētes iniusti quidē nō sunt. iniusta autē faciunt. qr aūt hic quidem talis qualis nō ꝓpter persuasū eē persequi eas que ꝑm supabundātiam. ⁊ ꝑter rectam rationeꝫ corporales delectatōes. hic autem ꝑsuasus est ꝓpter talem esse qualem persequi ipsa. Ille quidem igitur facile transcredibil. iste aūt nō. virtus eīm ⁊ malitia ꝑncipium. hec quideꝫ corrumpit. H autem saluat. in actionibus autē qō cuius gratia ꝑncipium quēadmodum ī mathematicis supponēs. Neqꝫ vtiqꝫ illic ratio edoctiua ꝑncipiorum. neqꝫ hic sꝫ virtꝰ vel naturalis vel assuefactiua: eiꝰ qō est recte opiari circa ꝑncipiū. tēperatus quidem igitur talis. itemperatus aūt ꝯtrius. Est autē aliquis ꝓpter passiōꝫ excessiuus ꝑter rectam rōem ꝙ̄ ꝑter quidē nō agere ꝑm rectaꝫ ratiōem superat passio. vt aūt sit talis qualis persuasum hꝫ persequi i ꝓhibite oportere tales delectationes nō superat. iste est icontinens melior itemperato. ⁊ neqꝫ prauꝰ simpliciter saluat optimū principium. aliꝰ autem cōtrarius imansiuus ⁊ nō excessiuus propter passionem. manifestum vtiqꝫ ex hꝫ: qm̄ hic quidem studiosus habitus. H aūt prauus.

Hec est scda ps ꝑncipalis huiꝰ capli. i qua phs ꝯparat cōtinētiaꝫ ⁊ itemperātiā ad inuicem ꝑm cōuenientiam ⁊ differentiaꝫ. ⁊ ꝑmo ponit duas cōueniētias. Prima est ꝙ vtraqꝫ ē aliqualr malicia. differunt tamē. quia itemperātia est malicia simplr. sed incōtinētia est malicia quodāmodo nō simpliciter. ⁊ hec est ꝯclusio. 2i. huius libri. s. ꝙ incōtinentia nō est malicia simplr que ꝓbat sic. omnis malicia simplr que opponitur virtuti morali est cum electōe. incōtinentia ñ est cū electōne. incontinens eīꝫ peccat ꝓpter passioneꝫ non ꝓpter electioneꝫ. g ⁊c̄ (Sꝫ simile quideꝫ) secunda cōuenientia est quia icontinētia ⁊ itemperantia sunt similes ꝑ actiones. vterqꝫ enim taꝫ icontinens ꝙ̄ intēperatus ꝓsequitur delectationes corporales turpes que sunt scdm tactuꝫ vel gustum. vnde sic est de icontinentibus sicut quidaꝫ de medoiri ad milesios rephendens ipsos dixit milesij non sunt stulti sꝫ faciūt opera silia opibus stultorū Similr incontineᵃtes nō sunt mali simplr nec iniusti nec intēperati: sꝫ faciūt opera similia operibus malorum itemperatorum ⁊ iniustorum. (Quis autem H qō talis) posita cōuenientia inter incōtinentem ⁊ itemperatum. ponit dñam inter eos. ⁊ ꝑ ponit dñam. 2°. assignat ratōnem dñie. Dñia talis ē. ꝙ H. i. incōtinens est talis ꝙ a ō est sibi ꝑsuasum ad ꝓsequendum delectatōnes corporales superabūdantes. Non eniꝫ est icontinens sic dispositus ꝑ habitum. vt sit ei ꝑsuasum ꝙ tales delectatōes sunt ꝓsequēde tanꝙ̄ bone. Alius autē ē cui persuasuꝫ est ꝙ tales delectatōes sunt eligēde qi per se bone. ⁊ hoc ꝓpter dispōem quā hꝫ ex hītu. ⁊ talis est itemperatus. vñ breuiter hec est dñia iter incontinētē ⁊ itemperatuꝫ. qr incontinens habet rectā existimatōꝫ finis sꝫ ꝓꝑ vehemētiā passiōis ñ segt existimatōꝫ quā hꝫ. ⁊ sic rō recte persuadꝫ sibi Sed intemperatus non habet rectaꝫ existimationem de fine. quia existimat illud esse finem qō non est finis. puta voluptatem corporalem ⁊ ideo intemperato non est persuasum per suaꝫ rationem quis est verus finis ꝓpter se appetēdus. Notandum est ꝙ incontinens insurgēte passione habet verum existimationem de fine ⁊ de his que sunt ad finem in vniuersali ⁊ i habitu. sed habet falsam existimationem ō eis in particulari vel saltē ñ habet veraꝫ existimationeꝫ de eis in particulari. ⁊ ideo cessante passione de facili recedit a sua opinione. sed ille g

ex habitu existimant corporales delectationes
per se prosequendas ꝛ eligendas.s.intemperatus
non de facili recedit a sua credulitate.quia ha
bitus est de difficili mobilis (Uirtus autem et
malicia) visa differentia inter cōtinentem ꝛ in
temperatum assignat rationem differentie.scꝫ
quare intemperatus non est sanabilis nec pe
nitiuus : ꝛ incontinens est sanabilis ꝛ peniti
uus. ꝛ ſm hoc probat duas conclusiones. Pri
ma est ꝙ itemperatus non est sanabilis nec pe
nitiu⁹. ꝛ hec est conclusio.zz.que probatur sic.
Ille qui errat circa principia in agibilibus nō
est sanabilis nec penitiuus.quia cum male fe
cerit non credit se male fecisse.ꝛ ideo non peni
tet: sed intemperatus errat circa principia i agi
bilibus.ideo intemperatus est insanabilis ꝛ nō
penitiu⁹. Maior patet. quia sicut errans circa
principia in speculatiuis.puta in mathematici
nō potest reuocari ab errore eo ꝙ ꝑncipia non
docentur cum non habeant priora per que pos
sint doceri. ꝛ ita nec errās circa principia i agi
bilibus poterit reuocari a suo errore.nec potest
sibi ratione persuaderi. ꝛ per cōsequens est in
sanabilis ꝛ impenitiu⁹.quia non poterit sanari
nec penitere nisi reuocetur ab errore suo. vnde
in agibilibus virtus naturalis vel assuefacti
ua.i.moralis facit rō ne opinari circa principia
agibilium. ꝛ sic patet maior. ꝛ minor patet ex h
ꝙ in agibilibus finis est ꝑncipium sicut in ma
thematicis suppositiones sunt principia: sed in
temperatus errat circa finem agibiliū.quia nō
habet rectam existimationem de fine.existimat
enim voluptatem corporalem esse finē simplr
ꝛ per se bonam. quod patet: quoniam virtus ꝛ
malicia sunt circa principium. malicia corrum
pit principium.i. finem hoc est corrumpit rectā
existimationem de fine. ꝛ virtus saluat rectā
rationem de fine.cum igitur intemperantia sit
malicia ꝛ temperantia sit virtus.patet ꝙ intē
perantia non habet rectam existimationem de
fine: quod est ꝑncipium agibilium.et ita patet
minor ꝙ intemperantia errat circa principia in
agibilibus temperatus autem virtutem que sal
uat rectam existimationem de fine. ꝛ ideo non
errat circa finem.nec per cōsequens circa finē
in agibilibus (Est autem aliquis) secunda con
clusio quā h intendit. que est.zz.est ista.quia i
continens est sanabilis ꝛ penitiuus.hec conclu
sio probatur sic.ille qui habet rectam existima
tionem de fine quāuis per vehementiā passio
nis non agat ſcōm rectam rōnem est sanabilis
ꝛ penitiuus sed incōtinens habet rectā existi
mationem de fine. quāuis propter vehementi
am passionis non agat ſcōm rectam rationem.
igitur incōtinens est sanabilis ꝛ penitiuus.ma
ior patet. quia ille qui habet rectam existimati
onem in vniuersali.s.in habitu de fine.licꝫ pro
pter passionem operetur contra dictamen rati
onis.cessante tamē passione que cito transit ha
bet rectam rationē in particulari ꝛ in actu de
fine. ꝛ per illam ratōnem potest sanari. ꝛ discre
dere quod prius credebat i particulari ꝛ i actu
ꝛ penitere de malo quod fecit sciens tunc in p
ticulari ꝛ in actu ꝙ illud erat malum quod fe
cit existens in vehementi passione. ꝛ minor pꝫ.
nam incontinens habet rectam existimationē
de fine.tamen non agit ſcōm rectam ratōnem
ꝑpter passionem quā per ratōnē non superat
imo passio superat rectam ratiōem. vnde incō
tinens non est prauus simpliciter cum habeat
rectam rationem. ꝛ per consequens sit sanabil
ꝛ penitiuus (Et iste incontinens est melior intē
perato) ex hoc concludit cōclusionē principa
lem huius capituli.s. ꝙ intemperatus est peior
incōtinente. ꝛ potest poni quarta vel.5.ratō ad
dictam cōclusionē. ꝛ est ratio talis. Ille i quo
saluatur optimū ꝑncipiū.i.recta existimatō
de fine que est ꝑncipium optimū est melior q̄
ille in quo non saluat̄ sꝫ corrumpit̄ hi⁹ ꝑncipiū
.s.recta existimatio de fine. sed in incōtinente
saluatur optimum ꝑncipium.s.recta existima⁹
de fine: ꝛ in itemperato nō saluatur hi⁹ princi
pium.igitur incōtinens est melior. ꝛ per ꝯñs in
temperatus est peior. Alius autem.s.cōtinēs ē
contrarius incontinēti. ꝛ est imansiuus.hoc est
permanēs i ratōne recta ꝛ nō excedit ratiōem
rectam ꝑpter passionem. Ex dictis igitur ē ma
nifestum: ꝙ cōtinentia est habitus studiosus:
ꝛ incōtinentia habitus prauus ꝛ accipit hic ha
bitum ꝑ dispōne nō ꝑ habitu firmo.tum dicit
incōtinētiam esse habitum. Intelligendum
ꝙ ista conclusio itemperatus nō est sanabilis:
nec penitiuus. debet itelligi q̄ntum ad difficul
tatem: nō quātum ad ipossibilitatem. nō enim
est ipossibile itemperatum sanari ꝛ penitere: sꝫ
est difficile. nō eīm potest tolli habitus itempe
rātie nisi per lōgam ꝯsuetudiem ꝛ assuefactio
nem i actib⁹ ꝯtrarijs opib⁹ itemperātie.

Capitulum nonum

in quo repetit ꝛ soluit dubitationem
superius positā. Utrum continens sit immansi
uus omni opinioni: vel tantū recte ꝛ incōtinēs
egressiuus ab omni oppinione: vel tantū a fal
sa ꝛ praua: ꝛ ꝙ aliqui laudabiliter discedunt a
suis oppinionibus: ꝛ ꝙ aliqui vituperabiliter
imanēt suis oppinionibus ꝛ quomodo cōtinē
tia consistit in medio quēadmodū virtus ꝛ ꝙ
ſm silitudiem cōtinētia dicitur temperantia ꝛ
icōtinētia noiatur itemperātia.

Utrum igitur conti
nēs est qui qualicunqꝫ rationi ꝛ quali
cūqꝫ electiōi imanet vel qui recte. ꝛ icontinens
autem qui qualicunqꝫ non immanet electio
ni.et qualicunqꝫ rationi vel qui false rationi.

⁊ electioni non recte. quēadmodum dubitatus est prius. vel scōm accidens q qualicūq; ꝑ seipsū aūt q vere rōni ⁊ recte electioni. hic quidē imanet. hic autem non imanet. si enim quis hoc ꝑpter hoc eligit ⁊ ꝓsequitur ꝑ ꝫ seipm qdem hoc eligit ⁊ ꝓsequit ꝑm acciñs aūt qd prius. simplr autem dicimus ꝙ ꝑ ꝫ seipm. Quare ē qd vt qlicūq; opioni h qd imāet. h āt excedit. simplr āt q vere. Sunt aūt quidam imansiui opinioni. Sunt aūt quos vocāt ischirognomes. puta difficile ꝑsuasibiles. ⁊ nō facile trāsuasibiles. qui sīle quidē aliquid hñt cōtinenti quale ꝓdigus liberali. ⁊ audax cō fidenti sunt aūt alteri scōm multa. hic quidē. n. ꝑpter passionē ⁊ cōcupiam nō transmutās cōtinens: q facile ꝑsuasibilis ē contingat erit ꝯtinens. h aūt non a rōe. q concupias assumunt ⁊ dicunē multi a delectationibus. Sūt aūt ischirognomes ⁊ idrognomes ⁊ indisciplinati ⁊ agrestes. ⁊ hi quidē idrognomes aūt ꝑpter delectationem ⁊ tristiciam. gaudene enim vincentes si nō transuadeāur ⁊ tristanē si infirma que ipoꝛum sicut quēadmodū snic. quare magis incontinēti assilanē ꝙ contienenti. Sunt aūt quidam qui his que videntur non imanent nō ꝑpter incōtinentiam: puta in philotete qui sophoclis neoptolomus: ꝙuis ꝑpter delectatōem non imansit ſꝫ bonum. verū dicere eīm ipi bonum erat. persuasus est aūt ab odisseo vlixe falsū dicere. non. n. omnia qui ꝑpter delectationē aliquid operaē est intemperatus siue prau⁹ siue incontinēs. ſꝫ q ꝑꝑ turpē.

Istud est 9ᵐ cap⁹ hui⁹ libri in quo soluit q̄rꝫ eam dubitatōem superi⁹ in dubitatōibus positam. s. vtrum cō tinens sit imansiuus omni opinioni vel tm̄ recte ⁊ incōtinens egressiuus ab oi opione vel tm̄ a falsa ⁊ praua. ⁊ quō ꝯtinētia hꝫ rōem medij. ⁊ quō ꝯtinētia dicit tēperātia. ⁊ in quo cōtinentia ⁊ temperātia sunt silēs. ⁊ cōtinet istud cap⁹ duas ptes ꝑncipales. in pͥma repetit ⁊ soluit dubitatōem ꝑdictam. in ꝫa ibi (Quia autem est aliquis) ostendit quō cōtinentia hꝫ rōem medij. sicut ⁊ temperātia. ⁊ cōparat cōtinentiā ⁊ temperantiam ad inuicem. Prima pars cōtinet quatuoꝛ ꝑticulas. in pͥma mouet ⁊ soluit dubitatōem iam dcām. in secūda ibi (Sunt aūt quidaꝫ imansiui) ostēdit quō aliqui male ⁊ vituperabilr imanent suis opionibus. in. ꝫ. ibi (Sū t aūt ischirognomes) ondit quō tales vituperabilr imanentes rōi se habent ad incōtinentes. in quarta ibi (Sunt aūt qdā) ostendit quō aliqui laudabilr discedunt a sua opinione seu rōe. in pͥma igitur ꝑticula reperit ⁊ soluit hanc dubitatōem. vtrum cōtinens sit imansiu⁹ oi opinioni vel tm̄ recte. ⁊ incōtinēs egressiuus ab omni opinione vel falsa tm̄ ⁊ praua. vel formaē sic. vtrum incōtinens sit qui nō imanet electioni ⁊ qualicunq; rōni vel qui falꝫ rōi tm̄ ⁊ electiōi non recte (Vel ꝫ accidens hanc dubitationē soluit phs. d. ꝙ ꝫ accidens pōt dici cōtinens ⁊ incōtinens q imanet vl nō imanet qualicūq; rōni. ſꝫ per se loquēdo dr cōtinens ⁊ incōtinens qui nō imanet vel imanet vere electōi ⁊ recte rōni. ⁊ illō deterīat phs. s. ꝙ cōtinens ꝑ se imanet vere rōni seu opioni. ⁊ ꝑ acciñs opinioni false ⁊ incōtinens ꝑ se imanꝫ opinioni false. ⁊ per acciñs opioni vere. ⁊ hec est ꝯ. z4. que ꝑbatur sic. sicut illud qd queritur ꝑpter se ꝑ ⁊ ꝑ se querit. ⁊ illud qd querit ꝑpter alteꝝ ꝑ acciñs querit. verbi grā. si quis querit et diligit dulce vinum ꝑpter hoc ꝙ est dulce ꝑ se ⁊ ꝑ querit ⁊ diligit dulce. et per acciñs querit et diligit qd prius. i. vinum. ⁊ si quis eligit fel loco mellis ꝑpter silitudinem coloris existimans illud esse mel māifestū est ꝙ per se loquēdo querit hoc ꝑpter qd eligit alteꝝ. vñ ꝑ se querit ⁊ eligit mel: ſꝫ ꝑ acciñs querit ⁊ eligit fel eodē mō si quis falsam rōnem existimet esse veram imāet illi rōni false putans eam eē veram. verbi grā Si quis putet ꝙ ē verum. bonum ē foꝛnicari ⁊ imanet opinioi de ista ꝑpōne. ꝑpter hoc ꝙ opinaē illam eē verā. per se imanet vere rōni ⁊ opinioni. ⁊ per acciñs false opioni. Et eodē mō ē de icōtinente q egrediē ab opione falsa. ꝑpter hoc ꝙ credit eā esse veram. igiē cōtinens ꝑ se imāet rōi seu opinione vere. ſꝫ ꝑ acciñs opioni false. ⁊ incōtinens ꝑ se imanet opinioni false. ⁊ ꝑ acciñs opinioni vere. vñ pōt rō sic foꝛmari. Quilibet illi ꝑ se imanet cui ꝑpter se ⁊ non ꝑpter alteruꝫ imanet. sed ꝯtinens imanet rōni ⁊ opioni vere ꝑpter se. ꝑpter hoc ꝙ est vera vel apparēs vā ⁊ imanet rōni false ꝑpter alteꝝ q opiaē illā eē verā: ⁊ icōtinēs imāet rōi false ꝑꝑ se. ⁊ egrediē ab opione falsa ꝑꝑ hoc ꝙ credit eā eē verā. igiē continens per se imanet rōni vere. ⁊ per acciñs eōi false. ⁊ incōtinens ꝑ se imanet rōni false. ⁊ ꝑ acciñs rōni vere. ⁊ per se egrediē a ratione vera ⁊ per acciñs egrediē a ratione falsa. Notādo sunt h duo. ꝑ ꝙ phus in ꝑposito per imanere itelligit intendere imanere. ꝯtinens. n. intendit imanere rationi vere. sed qñ imaner rōni false non est verum de virtute ꝫmonis: ꝙ ipe immaneat rōni vere nisi eadem ratio esset vera ⁊ falsa: sicut ille qui eligit fel loco mellis. non per se eligit mel: sed per se intendit eligere mel. vnde de actu eligente fel credente illud esse mel non est verum dicere de virtute sermonis ꝙ iste eligit mel. quia verum est ꝙ eligit fel: tamen intēdit eligere fel. Et per accidens debꝫ intelligi ꝑter intentōem. vnde eligens fel loco mellis: ꝑ accidens eligit fel: q ꝑter intētionem eligit fel ⁊ sic debet cōclusio phi intelligi. ꝙ continens ꝑ se imāet ⁊c. hoc ē itendi imanere opioni vē. ⁊ incōtinēs ꝑ se intēdit egredi ab opinione vera. z. est notandum ꝙ lȝ ꝑ se in ꝑposito dicit modū causandi. ⁊ est 4⁹ modus ipius ꝑ se positi is ꝑ posterioꝝ. cum dr ꝙ cōtinens ꝑ se imanet vl

p se intendit imanere rõni vere. in subõ est cã p
dicati. nam ɔtinens scðm q continens imanet
vl intendit imanere rõni vere. Et si queraẽ in
quo genere cause est in subõ causa pdicati et ẽ
h est ɔtingens cõtinens imanet rõi vere: quia
potest esse falsa. r h silr est cõtingens cõtinens
intẽdit imanere rõni vere. qz non semp duz est
cõtinens actu intendit imanere rõni vere: r p
positio ɔtingens nõ est per se. in aliquo mõ p se
vt sumiẽ i demonstratiuis. Dicendum q i hac
ɔtinens intendit rõni vere imanere. in subõ ẽ
cã per se effectiua pdicati. quia in continente i
cludaẽ habitus seu dispõ que est cõtinentia et
incõtinentia est cã effectiua imãsionis ɔtinenti
in vera opinione. nec oz q ois ppositio p se 4°
mõ sit necessaria sz sufficit q in subõ sit cã suffi
ciens pdicati. siue illa causa sit actiua siue pas
siua. h est. n. per se. 4ⁱ edificator edificat. et tñ
non ẽ necessaria. r h est p se 4ⁱ medicus sanat
r h silr. infirm⁹ sanaẽ. r tñ oẽs iste ppõnes sũt
contingẽtes. Uel põt dici q p se in 4° modoñ
dicit modum predicandi nec determinat cõpo
sitionem vnientem pdicatuz cum subiecto: sed
determinat subiñ. vnde hec non est per se medi
cus sanat. tñ h est vera. medicus per se sanat. ẽ
q ly per se est determinatio subi: r est sensus me
dicus sm q medic⁹ sanat. h est in medico est p
se cã sanitatis. s. ars medicine (Sunt aũt quidã
imansiui) hec est secũda pticla in qua ostendit:
qũo aliqui male r vituperabilr imanent suis opi
nionib⁹ r sermonib⁹. r qũo isti se habent ad cõ
tinentes r dicit q sunt quidã min⁹ imanentes
pprijs opinionibus r sermonibus. r sunt illi qs
hoies vocant ischirognomos. i. pertinaces. qui
bus si aliqd sit psuasum: ita q hẽant opionem
de aliquo nõ de facili trãsmutaẽ de illa opione
aut si aliqd dixerit illud ois volunt sustinere.
r illud maxie vr accidere melancolicis q de dif
ficili recipiũt r recepta forciter retinent ad mo
dũ terre (Qui silr) tales; sũt siles ɔtinẽti in hoc
q imanent suis opinionib⁹. p excessum. n. hñt
illud qð hz cõtinens. s. imanere pprie opioni si
cut pdigus habet p excessum illud qð pertinet
ad liberalitatem. s. dare r ɔsumere. vñ tales p
tinaces plus imanent suis opionibus r dictis
qz debent. sz cõtinens imanet sue opioni sm q
dz r scðz q oz (Sunt aũt) dñt aũt predicti p
tinaces a ɔtinente. qz ɔtinens imanet sue rõi r
nõ trãsmutaẽ ab ea ppter passionẽ sz ppter for
tiorez rõem põt mutari a sua opinione r i hoc
ẽ laudabil: sz pertinax nõ permutaẽ a sua opio
ne ppter aliquã rõem: sed sumũt ɔcupias r du
cunẽ multi a delectatõib⁹ extra rõem: r ita sunt
vituperabiles: qz nõ permittunt se vinci aliqua
rõe r tñ vincunẽ passione. Intelligendũ est h
q aliquis põt remoueri a sua opioe dupliciter.
vno mõ ex pte rõis vt si superueniat aliq rõ for
tior. Alio° ex pte passionis. q peruertit iudiciũ
rõis in pticulari. hec est igiẽ dña q cõtinens n
transmutaẽ a sua opione ppter passionẽ ɔcupi
scentie. sz qñqz est hñ psuasibil ab alia rõe me
liori inducta: sz pertinax nõ mutaẽ a sua opioe
ppter aliquã rõem: sz imanet sue opioni ppter
passionez nec trãsmutaẽ ab illa nisi h fiunt pp
vehementez passionem (Sunt qdẽ ischirogno
mones) hec est. 3. pticula in qua narrat qualr p
tinaces se hñt ad incõtinẽtẽ. Isti. n. pertinaces
assilanẽ incõtinenti ppter hoc q aliquã delca
tãnez nimis querũt r aliquã tristiciã nimis fu
giunt. multi. n. gaudent r delectanẽ qñ ɔferen
docũ alijs vincant vl apparent vincere: sz nõ
transmutanẽ a sua opione ppter aliquã suasio
nem r multuz tristanẽ si eoz snie vel opiones
appareant ifirme: ita q oz eas deserere: r in h
cõueniunt cuz incontinente r molli qui supabũ
dãter appetũt delectatõe r fugiunt tristicias r
sic pz q ptinaces magis assilanẽ incontinẽti qz
ɔtinẽti isti sit ptinaces in defensione suoz opio
num r sermonũ dicunẽ ischitognomõ es r idto
gromes. i. pprie snie vel ppriz sensus. r sunt in
disciplinati: qz nolunt ab illo instrui. r dicunẽ
agrestes: qz semp volunt sequi pprium sensuz
r non possunt de facili cum alijs cõmorari. Eu
stracius dicit q isti ptinaces volunt r amãt s
mones ipsorũ. r siquid simplr dicunt quẽadmo
duz snias r leges tenere. r si dũe existente dicãt
q nox est nolunt aliquem sibi contradicere.
(Sunt autẽ quidaz in bis) hec est. 4. particla
in qua narrat qũo aliqui descendũt laudabilr
a sua opinione vl rõne: r sunt illi qui nõ ppter
incõtinentiã nõ imanẽt r recedunt a sua opini
one: sed ppter bonum virtutis. r ponit exẽplã
de Neoptolemo i phylotete sophoclis. i. i libro
Sophoclis de phylotete. qui fuit persuasus ab
Ulixe q diceret falsum ppter vtilitatem prie
r illius opinionis fuit q bonum esset mentiri
ppter vtilitatẽ patrie. sed illi persuasioni r opi
nioni nõ imãsit ppter amorem veritatis. r fec
hoc. s. trãsmutabaẽ ab illa opione ppter aliquã
delectationẽ non malã sed bonam. delectabile
eim sibi videbaẽ dicere verũ. nec tamen ppter
hoc fuit incontinẽs vel intemperatus. nõ eim
omnis qui ppter delectationẽ aliquid operaẽ
est intẽperatus aut prau⁹ aut incontinens. sz so
lum vle qui ppter turpem delectationem opa
tur aliquid turpe.

Quia autem aliquis est
talis qui l min⁹ qz oz corporalib⁹ gaudẽs. r nõ
imanẽs rõni. talis h⁹ r incontinẽtia medi⁹ cõ
tinens. Incontinẽs quidẽ. n. nõ imanet rõi pp
mai⁹ aliqd. Iste aũt ppter min⁹ aliquid ɔtinẽs
aũt imanet r non pp alterz trãsmutat. oz aũt si
qdez ɔtinẽtia studiosũz vtrosqz ɔrios habitus
prauos. quẽadmodũ r apparẽt. s. ppter alterz i
paucis r raro eẽ manifestũ. quẽadmodũ tẽpe-

rātia icēptrātie. videt̃ ꝯtrariū esse solū sic ⁊ cō tinētia incontinētie. Qz aūt fm sīlitudiez mlta dicūt̃ et ꝯtinētia q̄ tpati fm sīlitudiez ꝯsecuta ē. ⁊.n. ꝯtinēs potēs nihil pter rōez ꝑpter corpales delectatōes facere ⁊ tpat⁹. sz hic quidē hñs hic aūt nō hñs prauas ꝯcupias. ⁊ hic q̄dē tal' qual' nō delectari pter rōnez. h aūt qual' delcāri. sz nō duci. Silis āt ⁊ incontinēs ⁊ itempera tus alteri quidē extrea. vtriqz aūt corpalia delectabilia ꝓsequūt̃: sz h quidē ⁊ existimāt opor tere. h autem non existimans.

